





7  
1776, 1  
7 //  
86 //

DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
**ORDINATIONIBUS**  
IN PROCESSU CAMERÆ IMPERIALIS  
USITATIS,  
QUAM  
A USPICE  
DEO TER OPTIMO MAXIMO  
EX INDULTU INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ  
IN ALMA UNIVERSITATE MOGUNTINA

*P R A E S I D E*  
PRÆNOBILI, CLARISS. ET CONSULTISS.

VIRO AC DOMINO

D. FRANCISCO ANTONIO DÜRR J. U. D.  
EMINENTISS. AC CELSISS. PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNT.  
CONSILIARIO AUL. ET REGIMINIS ACTUALI, EJUSDEMQUE IN HAC  
ALMA UNIVERSITATE JURIS PUBLICI, ET HISTORIARUM PROFESSORE PUBLICO,  
ET ORDINARIO, NEC NON REVERENDISS. CAPITULI METROP. MOGUNT.  
ET UNIVERSITATIS SYNDICO, FACULTATIS JURIDICÆ DECANO.

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS, ET PRIVI-  
LEGIIS DOCTORALIBUS RITE CONSEQUENDIS

PLACIDÆ ERUDITORUM CENSURÆ SUBMITTIT.

AUTHOR ET DEFENDENS

PETRUS JOSEPH. FRANC. XAV. CRAMER DE CLAUSPRUCH,  
ECCLESiarum ARCHIDIACONALIS MAJORIS BONNENSIS, NEC NON  
PERILLISTRIS COLLEGiatæ NOVESIENSIS CANONICUS.

Die *5<sup>ta</sup>* Martii Anno *MDCCLXXVI.*

Ex Typographia Elect. Aulic. Acad. apud JOANN. Jos. ALEF, Hared. Haeffner.



EMINENTISSIMO  
AC  
CELSISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO  
MAXIMILIANO  
FRIDERICO,  
ARCHI-EPISCOPO  
COLONIENSI,  
S. R. I. PER ITALIAM  
ARCHI-CANCELLARIO,  
ET  
PRINCIPI ELECTORI  
S. SEDIS APOSTOLICÆ LEGATO NATO  
EPISCOPO MONASTERIENSI  
WESTPHALIE ET ANGARIAE  
DUCI,  
BURGGRAVIO STROMBERGENSI COMITI IN KOENIGSECK  
ET ROTTENFELS, DOMINO IN ODENKIRCHEN, BORCKELOHE  
WERTH, AULENDORFF, ET STAUFFEN &c.  
DOMINO DOMINO MEO  
CLEMENTISSIMO

EMILIANUS TESPINUS  
PREFATVS  
MAXIMILIANO  
ERIDERICO  
ARCHI-EPISCOPO  
COLUMENSI  
S. PETRI TITULARE  
ARCHICATHEDRALIS  
PILIPPO EQUITOTRIUS  
FISCOPUS MONASTERII  
MELITANIAE ET ANGARIAE  
DUCI  
DOMINGO DOMINGO  
CLEMENTISSIMO

EMINENTISSIME  
AC  
CELSISSIME  
**PRINCEPS ELECTOR**

DOMINÆ, DOMINÆ

CLEMENTISSIME!

**A**nte sacratissimum ELECTORALIS CELSITU-  
DINIS TUÆ solium PRINCEPS Ecclesiæ,  
& Imperii EMINENTISSIME præsentem Dissertatio-  
nem subiectissima Pietate deponere audeo. Insita hæc  
fere omnibus mortalium animis Indoles est, publica  
Mœcenatibus suis demississimæ observantiaæ monumenta  
exstruere, iisque primitias studiorum suorum conse-  
crare.

EMINENTISSIME  
AC  
CELSISSIME  
REVERENDISSIME  
PATER  
COMMUNI STIMULI ACCEDIT INNATUS MIHI,  
& A TENERA JAM ETATE PARENTUM MEORUM EXEMPLIS  
NUTRITUS AMOR ERGA OPTIMUM PRINCIPEM, & PATRIÆ  
PATREM, UNICUMQUE, QUOD SEMPER ARDENTISSIMUM  
HABUI TIBI, SERVITIOSQUE TUIS ME TOTAMQUE VITAM  
MEAM PERPETUO MANCIPANDI VOTUM; UT TACEAM SINGU-  
LARES PRORSUS GRATIAS, QUIBUS ME IMMERITUM HUCUSQUE  
PROSEQUI CLEMENTISSIME DIGNATUS ES.

Non sufficerent tamen omnes hi, quam fortiter  
in me agunt interni amoris, & gratitudinis instinctus,  
ut leviusculo hoc opere TIBI molestus esse conarer;  
prævaleret nempe timor ille Reverentialis, verum sub-  
diti fidelis Character; Nisi & cognita mihi esset sin-  
gularis TUA, qua progressum litterarum bonarumque

ar-

artium testantibus id ubique laudabilissimis institutis  
promoves, Cura, & PRINCIPALIS Protectio.

Non deditaberis itaque CLEMENTISSIME  
PRINCEPS ELECTOR! Pusillum hocce laboris mei  
specimen ea, quam nemini subditorum Tuorum de-  
negas, Paterna benignitate admittere, usque dum ube-  
riori deinceps occasione oblata me tanti PRINCIPIIS  
favoribus dignum comprobare valeam.


Communibus Ecclesiæ & Reipublicæ votis meas  
quoque preces adjungo, ut SUPREMUM NUMEN  
TE Optimum Principem Ecclesiæ Decus, Patriæ Pa-  
trem per longam annorum seriem in omni felicitate  
incolumen servare velit;

Inter

Inter ardentissima vota EMINENTISSIME ac  
CELSISSIONE PRINCEPS! Gratosissimis Tuis fa-  
voribus, me submississima ea devotione commendo,  
qua immorior,

EMINENTISSIMÆ ELECTORALIS  
CELSITUDINIS TUÆ

SERVORUM INFIMUS  
PETRUS JOSEPHUS FRANC. XAV.  
CRAMER DE CLAUSPRUCH,  
CANONICUS.



## PROOEMIUM

Inter innumera, quae plurimis jam Scriptis illustrata sunt, Jurisprudentiae Cameralis Capita, Materia de *Ordinationibus in Processu Cameræ Imperialis usitatis* haec tenus vel inculta, vel saltem pro argumenti gravitate non satis deducta remansit. Vix non ab omnibus Juris Cameralis Scriptoribus aut plane prætermittitur, aut ad summum per Transennam tantum tangitur.

Defensa quidem jam fuit anno 1753 in alma hac Mogonorum Universitate sub Præsidio Clarissimi quondam Viri JOANN. PHIL. HAHN Dissertatio de Ordinationibus, ceu *novo judicandi genere supremorum Imperii tribunalium*, quam ex post iterum recudi curavit PUTTERUS (a) in Universitate Göttingensi Antecessor celeberrimus; Verum doctissimus hujus Dissertationis Author, quod tamen pace ipsius dictum esto, qui potissimum operam in recensendis

(a) In suis Opusculis rem judiciariam Imperii illustrantibus.

A

Re-


Rescriptis & Ordinationibus Consilii Imperii Aulici posuit, usum Ordinationum in augustissimo Cameræ Imp. Judicio paucis tantum exemplis exhibuit, de reliquo autem a fundamentali hujus Argumenti pertractatione abstinuit; Ordinationes *Novum judicandi genus supremorum Imperii tribunalium* nuncupavit, cum tamen novæ haud sint tales Ordinationes, sed potius a potestate Judicis inseparabiles; adeoque antiquissimus earum usus ostendi possit, non solum in Camera Imperiali, aut Judicio Imperiali aulico, sed in omni foro, ac fortassis tribunali.

Operæ itaque pretium esse duxi, novam hujus materiæ tractationem instituere, & quidem eo magis, cum moderno tempore tam in Comitiis Imperii quam in illustrissimo Confessu Visitationis Cameræ Imperialis de tollendis, qui circa Ordinationes forte irrepserunt, abusibüs, & de propriis, si opus foret, desuper fere rendis legibus quæstio facta, resque eo jam deducta fuerit, ut ad informationem, & monita, quæ tum illustrissimum Collegium Camerale, tum ejus Advocati, & Procuratores hac de re Visitationi exhibuerunt, Resolutio, & Provisio adhucdum exspectetur.

Omnes igitur, quas invenire licuit, Ordinationes in suas classes distribuere, easque tum suis instruere Principiis generalibus, tum pro qualibet specie separatis Regulis illustrare laboravi, & nova hinc inde Consilia, salvo tamen meliori, proponere ausus. Quorum omnium Judicium, & ulteriore perscrutationem Lectori Benevolo submitto.

---

CON-



# CONSPECTUS TOTIUS DISSERTATIONIS.

## CAPUT PRIMUM

De Ordinationibus in Processu Cameræ Imperialis usitatis in genere.

§ I. Definitio Ordinationum.

§ II. In quo convenient Ordinationes cum decretis provisoriis, & in quibus differant a decretis prælocutoriis, & a Mandatis.

§ III. Dividuntur Ordinationes, I in illas, quæ in causis extrajudicialibus, & II in alias, quæ in causis judicialibus decernuntur.

§ IV. Illæ sunt vel a) Antecedaneæ, b) Accessoriæ, vel c) Principales, bæ vero vel a) audita altera parte, vel b) ad supplicam unius partis feruntur.

§ V. Utriusque classis, vel sunt simplices, & ulteriores, & pænales.

§ VI. VII. VIII. Origo Ordinationum Cam. in genere querenda est in jure Romano, & passim in legibus Imperii.

§ IX. Singulæ autem Ordinationum species in Camera successive eodem modo, quamvis legibus silentibus, invaluisse videntur, prout Processus Mandati, cuius fata, & progressus.

A 2

§ X.

§ X. — XV. Enumerantur.

§ XVI. XVII. XVIII. Cum Mandatorum restrictione usum Ordinationum  
mox necessarium, aut saltem frequentiorem factum esse ostenditur.

§ XIX. Decreta prælocutoria forte primam occasionem dederunt.

§ XX. Magis vero adhuc Processus Rescripti in Consilio Imper. aulico usitatus.

§ XXI. Accessit approbatio tacita Cameræ Visitationis de anno 1707.

§ XXII. XXIII. Ut averterentur abusus, qui forte circa Ordinationes irreper-  
fervunt, & imposterum timentur, ideo quidem coram Visitatione præsentanea  
bac de re jam actum, nihil tamen finale adhuc conclusum est.

§ XXIV. Transitus ad Caput 2. hujus Dissertationis.

## CAPUT SECUNDUM

Principia, seu requisita generalia Ordinationum in genere.

§ XXV. Regula 1. ut Ordinatio decernatur Jurisdictio Cameræ debet esse fun-  
data. Convenit hoc a) juri communi.

§ XXVI. XXVII. Convenit b) Legibus Imperii, & c) Stylo & Praxi  
Jud. Camer.

§ XXVIII. Consequenter in Casu non fundatæ Jurisdictionis Camera Imp.  
plane nullam Ordinationem emitta.

§ XXIX. Citra Dulium tamen ordinari poterit, si Processus ex alio, quam  
fundatæ Jurisdictionis defectu denegati, aut

§ XXX. Si stante, & nondum denegata appellatione in ejus contemptum a ju-  
dice a quo attentata commissa fuerint.

§ XXXI. Hisce remotis vero nequidem in Casu Jurisdictionis Cameralis dubie  
ordinari posse statuitur.

§ XXXII. Excepto tamen punto alimentorum.

§ XXXIII. Ordinationes etiam non procedunt, si obstat Ius Austringarum.  
§ XXXIV.

- § XXXIV. Refelluntur opiniones contrarie.
- § XXXV. XXXVI. Excipiuntur tamen & hic Casus quidam, ubi non obstante auctarum iure Ordinationes procedant.
- § XXXVII. Regula 2. Ordinationes nonnisi ex causis legitimis decernantur.
- § XXXVIII. Tales causae sunt a) varia ex jure Romano, porro
- § IXL. b) Si periculum in mora, aut factum ad Mandatum S.C. qualificatum, nec non,
- § XL. c) Si subintrant facta violenta, prosecutionem litis impeditia.
- § XLI. d) Si Gravamen evidens, & processus tolli, aut abbreviari conveniat.
- § XLII. Regula 3. Ne per Ordinationem partium iura quæsita lœdantur.

## CAPUT TERTIUM

De Ordinationibus in specie, sive Principia cuivis speciei  
Ordinationum accommodata.

- § XLIII. Ingressus ad hocce Caput Dissertationis.
- § XLIV. XLV. & XLVI. Agitur de Ordinationibus in causis extrajudicitalibus; ostenditur primo Jusititia, & commodum Ordinationum antecedanearum.
- § XLVII. Quodque magis in Causis Mandatorum, quam citationis locum habent.
- § XLVIII. IL. Illustratur hoc exemplis.
- § L. Non raro etiam hujusmodi Ordinationes in causis provocationum locum obtinent, & quando?
- § LI. Præsertim vero suadendæ sunt in causis nullitatum.
- § LII. Num ante, num post petitam informationem, quaqua demum forma decernantur, nibil interest.

§ LIII. LIV. Ut vero tam usus harum Ordinationum antecedanearum magis foret prospicuus, quam & abusui præcaveatur datur S. M. consilia.

§ LV. Agitur de secunda specie Ordinationum in causis extrajudicialibus, nempe accessoriis.

§ LVI. Videntur hæc in lege ipsa fundata esse.

§ LVII. Abusus hic ravior timendus est, eo quod reus semper facultatem habeat excipiendi.

§ LVIII. LIX. E contra usus harum Ordinationum maxime proficius est præsertim in Causis subditorum contra Dominos, ad corrigendos eorum excessus in modo procedenti, & aliis adductis Casibus.

§ LX. LXI Ordinationes has argumento a majori ad minus procedere dicuntur, cum Camera in prædictis Casibus quandoque non petita prius informatione statim mandata decernere posset.

§ LXII. Sed & posita necessitate petenda informationis procedunt hæc Ordinationes argumento a permisso inhibitionibus ducto, ipsisque Dominis sepe presenti.

§ LXIII. Eodem argumento Ordinationes ulteriores, & pænales in contumaciam non informantis recte decernuntur.

§ LXIV. Prædicta procedunt non habita ratione, an informatio a parte rea, an a judice a quo exacta fuerit.

§ LXV. & LXVI. Prout litteris informationem exigentibus, ita & recte annectuntur Processibus citationis. Ubi adducuntur exempla.

§ LXVII. Cum Processibus Appellationis & que recte decernuntur,

a) Si subintrat interesse publicum.

b) Pro salvando objecto litis, aliisque casibus provisorii.

§ LXVIII. c) in punctis attentatorum &c.

§ LXIX. d) ad tollendum gravamen evidens.

§ LXX. e) Subinde etiam ad separationem gravaminum re- & irrelevantium.

§ LXXI.

- § LXXI. Tandem & in causis Mandatorum proficuae sunt ordinationes.
- § LXXII. LXXIII.—LXXVIII. Concluditur. & proponuntur consilia varia, quibus tam omni abusui circa banc Ordinationum speciem prospici, quam, & eorum utilitas magis promoveri posset.
- § LXXIX. Travitus ad ziam speciem Ordinationum in causis extrajudicialibus, nempe Principalium, quarum Tractatio difficilior videtur.
- § LXXX. Recensentur prius causas, in quibus bæ Ordinationes hactenus in Camera decretae sunt.
- 1) In causis Appellationum, quavis non devolubilibus, gravamen tamen evidens præ se habentibus.
- § LXXXI. 2) Ad tollendum gravamen evidens in causis Devolubilibus.
- § LXXXII. 3) Loco Mandatorum S. C. adversus status potentiores, quandoque etiam
- § LXXXIII. 4) Loco Mandati C. C. ubi sc. Aufstregæ obstabant.
- § LXXXIV LXXXV. Modi procedendi, qui circa has non raro adhibebantur.
- § LXXXVI. Hisce coloribus depictæ Ordinationes forte plane non tolerandæ videntur, præsertim illæ, que in causis non Devolubilibus decernebantur. Id quod Collegium Camerale moderno tempore ipsiusmet sustinet.
- § LXXXVII. Procedere tamen sustinetur bæc Ordinationum species, 1) ad tollenda gravamina, & nullitates evidentes, præsertim 2) in causis concursus, & 3) ubi partii appellatæ non sunt nocivæ, imo per indirectum proficuae.
- § LXXXVIII. Quod probatur ex generali Judicis Facultate, quam habet circa abbreviationem litium.
- § LXXXIX. XC. Sed quomodo proficiendum, ne pars Imperata plane inaudita condemnetur, dum in processu Cameræ extrajudiciali nulla plane conceditur communicatio exhibitorum?
- § XCI. Recensentur eatenus propositiones a Procuratoribus coram Visitatione factæ.

§ XCIL

- § XCII. Cum vero bœ usu Difficiliores, & inconvenientes videantur, ideo proponuntur.
- § XCIII. — XCVII. S. M. Consilia alia, quibus citra difficultem novæ legislationem omnibus inconvenientius in hac Ordinationum specie possit prospeci.
- § XCVIII. Transitus ad Ordinationes in Causis Judicialibus.
- § IC. Circa Speciem primam sive illas Ordinationes parum aut nihil mouendum est, que audita altera parte emanant.
- § C. Agitur de illis, que in Causa Judiciali ad supplicam extrajudicialem ferruntur, & procedunt circa puncta incidentia, ubi periculum in mora.
- § CI. Qualis Ordo ulterioris processus hic servandus.
- § CII. Procedunt porro in puncto in ante actis jam ventilato moram non ferente.
- § CIII. Quæ tamen cautela eatenus sit servanda?
- § CIV. Quandoque etiam, ubi restitutio in integrum introducta;
- § CV. Maxime proficue sunt ad compescendos excessus in executione;
- § CVI. Quæ tamen & hic cautela quandoque necessaria sit?
- § CVII. Conclusio.





## CAPUT PRIMUM

DE ORDINATIONIBUS IN PROCESSU CAMERÆ IMPERIALIS USITATIS IN GENERE.

---

### § I.

Si qua in materia requiritur, accuratam illius, de qua agitur, descriptionem præmittere, ne in devios verborum labyrinthos incidamus, certe id ad elaborandum thema propositum necesse erit. Eatenus quidem nos jam præcessit Clariss. Author cit. Diff. Mog. (a) remque agendum per negativa circumscribere statuit, dum *Ordinationum in Processu Camerae Imp. usitatarum nomine*, quidquid præter ordinariam Citanis, Mandati, aut Appellationis viam parti Impetratæ a Camera Imperiali præscribitur, comprehendi afferit. Sed, quam vaga ex meris Negativis conclusio, quamque immensum de illis ad affirmativa iter, nemo non videt? Interea tamen hæc descriptio nos adjuvet, partemque distinctivam ad nostram definitionem suppeditabit. Nos autem definiendo *Ordinationes* præcipue ad ipsam personam

B

sonam, quæ ordinat, causasque illam moventes respiciendum esse credimus. Officium Judicis, quatenus ille ad subveniendum partibus, adque minuendas, aut abbreviandas lites quandoque medium extraordinarium arripit, Anima *Ordinationum* est. Hanc ideam insequendo naturæ rei accommodatissima nobis videtur definitio: *Ordinationes esse decreta, quibus Camera Imperialis partibus litigantibus extra ordinem in cuiusvis processus genere prospicit.*

(a) De *Ordinationibus* ceu novo *Judicandi* genere supremorum Imperii tribunali, § 67.

### § II.

Sic quidem convenient *Ordinationes* nostræ cum decretis, & sententiis provisorii, quæ in *Judiciis* inferioribus usitatæ sunt, in eo, quod omne decretum provisorium inter *Ordinationes* referendum sit, Hæ tamen illis latius pateant, & plures adhuc exercendi officii *Judicis* occasiones complectantur; Differunt autem I. a decretis prælocutoriis, in processu Cameræ extrajudiciali obvenientibus, quod per prælocutorias a *Judice* defectus aliquis supplicæ externus, vel internus, sanabilis tamen indicatur, ut supplicans illum emendare, aut supplere, & deinde petitionis suæ exauditionem sperare possit. Differunt II. a *Mandatis*, cum hæc intrumentum genus processus referantur, imo supplicans stante petitionis suæ qualificatione & fundamento agendi, æque, ac probatum verificatione jus quodammodo ex legib[us] sibi quæsitus ad illud impetrandum habeat, *Ordinationes* vero ex mero *Judicis* arbitrio profluant, & extra ordinem cuiusvis processus decerni hucusque invaluerit.

### § III.

Ipsæ vero *Ordinationes* in Processu Cameræ Imp. hactenus usitatæ tam variæ sunt, ut, ne ipsi nos earum multitudine confundemus,

demus, illas prius inter se dividere necessum sit. Summa illarum Divisio ex ipso ordine Processus in Camera usitati defumenda est. Noto notius est maximum in eo processus cameralis consistere momentum, totoque calo diversum esse, num causa aliqua adhucdum, ut vocant, extrajudicialis, num vero, quod fit per reproductionem, Judicialis sit. Ordinationes igitur I. in illas, quæ in Causis Extrajudicialibus, & II. in alias, quæ in Causis Judicialibus decernuntur, Principaliter dividimus.

#### § IV.

Primæ dein Classis Ordinationes, A) vel sunt Antecedaneæ, quæ solum ad tentandam concordiam, sive tollendum gravamen tendunt, vel B) Accesoriæ, quæ concomitanter tantum cum aliis processibus, sive citationis, sive Mandati, sive Appellationis emituntur, vel denique C) Principales, quæ in locum aliū processus generis substituuntur. Sic quoque classem alteram Ordinationum a) in illas, quæ cum plena Causæ cognitione, & b) in alias, quæ ad supplicam quidem extrajudiciale, mediante tamen registratione hujus supplicæ ad acta judicialia decernuntur, subdividimus.

\* Non ignorø quidem plurimos, vix non omnes, qui de *Ordinationibus* hacenus scripserunt, illas in extrajudiciales, & Judiciales dividere, & ad primam classem omnes, quæcumque ad supplicam unius partis inaudita altera parte emanant, ad secundam vero solum illas, quibus plena causa cognitione præmittitur, referre. Absit, quod illorum rationes plane rejiciam. In eo potissimum consistunt, quod sc. in omni Judiciali actu tres illæ, Judicis, actoris, & rei personæ indissolubiliter supponantur, harumque una dempta actus non possit dici Judicialis; ex quo dein argumentantur Ordinationem soli supplicæ extrajudiciali infuscata semper quoque extrajudiciale dicendam esse, non obstante, quod quandoque per sententiam registrando nimirum supplicam ad acta in Audentia publicetur, cum formula exterior Sententiæ, ejus qualitatem mutare non valeat, quemadmodum imago monetæ ejus honestatem in trinsecam non auget. Sed his non obstantibus positam divisionem sub-

sistere posse credo. Licet enim, si in causa Judiciali ad supplicam extrajudicialiter exhibitam Ordinatio aliqua decernatur, ejusmodi procedendi ratio magnam cum Processu extrajudiciali similitudinem habeat, magna tamen superest differentia; quamprimum enim causa aliqua judicialis facta est, & si casum supponam, partem ream contra Libellam actoris exceptions jam protulisse, tunc etiam Judex ex dictis exceptionibus de meritis causa pro parte rea certiori mox Judicio passim informatus, saltem pars adversa aliqualiter jam audita, imo quandoque causa ad unguem usque disceptata est. Si v. g. Causa jam in ipsa executione pendet. Ad argumenta contraria respondeo; Evidem in sententia definitiva requiri, ut reus plene audiatur, aliud vero in Ordinationibus, quæ maxime tantummodo provisorię sunt, obtinere, hæ enim nullibi sententiæ definitivæ locum occupant, sed semper contra illas ulteriores Remonstrationes vel impossibilis partitionis, vel falsi suppositi admittuntur; ad rationem secundam regero, nihil id quoque in internis suppliciis mutare, num illa judicialiter, num vero extrajudicialiter exhibeat, cum tamen eminent ibi differentia unicuique notior est. Hanc meam divisionem quoque supponit L. B. de CRA-MER obs. 136.

### § V.

Cæterum in utraque classe *Ordinationes* vel sunt simplices, vel ulteriores, vel pœnales. Et quamvis LUDOLFF (a) animadvertisat, declarationes in pœnam hodie plerumque verbis & formulis consistere, effectum vero earum rarissimum esse, illam divisionem tamen, cum saltem modum procedendi per meras ordinationes indicat, non potui silentio præterire.

(a) *Comm. Syst. de J. C. Sect. I. § 10. n. 22.*

### § VI.

Posita jam ad generalia dissertationis nostræ Ordinationum definitione, & Divisio generaliter nunc præprimis de earum origine, & progressu in Camera Imperiali inquirendum erit; jam supra (§ I.) diximus animam Ordinationum esse arbitrium Judicis,

quæ

quæ Thesis primario ex jure Romano originem trahit; scimus enim, quam amplum in materia processus, & administratione justitiæ Romani voluere esse judicis arbitrium (*a*); præsertim autem in casibus, ubi necesse foret ad abbreviandas litium ambages quidquam extra ordinem processus provisorie statuendi. Testantur, & affirmant id plurimæ Romanorum sanctiones: sic statuant in casu, ubi liberis quæstio status mota, lite quamvis nondum decisa Officio judicis posse alimenta assignari (*b*); Porro volunt subinde parti litiganti sumptus, quibus item ad finem perducere possit, suppeditari (*c*); nec non hæredi ante hæreditatis aditionem res, quæ tractu temporis deteriores fieri timentur, adiuto Prætore justis pretiis vendi permittunt (*d*); ut taceam innumera alia, quæ ex materia alimentorum, curæ, tutelæ, filiationis, matrimoniorum &c. in hanc rem adhuc adduci possint exempla; quæ omnia satis probant, ordinationes nostras antiquissimum in jure fundamentum habere.

*a)* L. 1. ff. de Jurisd.

*b)* l. 7. ff. de agn. & alend. liber.

*c)* l. 27. ff. de inoffic. testam.

*d)* l. 5. § 1. de Jure delib.

### § VII.

Vix ergo quæres, unde liceat Judicio Camerae Imperialis per Ordinationes procedere? Quis enim nescit Camerae Imperiali in primæva sua institutione præscriptum fuisse, secundum jus Commune, quo nomine tum temporis plerunque jus Romanum veniebat (*a*), cuivis justitiam administrare (*b*). Imo accrescentibus eti postea legibus Imperii semper tamen in defectu illarum ad Jus Commune recurrere iuslām esse (*c*); unde & latas a Camera Ordinationes jam in antiquissimis temporibus perspiciendas habemus (*d*).

(*a*) STRYCK in Disc. prælim. ad usum modern. Pand. §. 25.

B 3

(*b*)



(b) O. C. de ao. 1495. § 25.

(c) O. C. de ao. 1555. P. 3. T. 54. C. O. C. P. 3. Tit. 64. ubi statuitur:  
Wir sezen, ordnen, und wollen, daß in allen, und jeden Fällen, die  
hieroben nicht sonderlich, und ausdrücklich in dieser Ordnung des ge-  
richtlichen Procesß halber verschen, das gemeine Recht statt haben, und  
vermög derselben gehandlet, und procedirt werden solle. Cui addatur  
R. I. N. § 105.

(d) Exemplum ejusmodi Ordinationis retulit GAYL Lib. 1. Obs. 112. n. 15.  
& 16. ubi Camera Imperialis jam 1535. in causa Genshorn, contra  
Hans Maner, decrevit, daß Sabina Mayerin bei einer christlichen  
nahmhaften, und anscheinlichen Frauen, deren sich beide Theile in Zeit  
von 4 Wochen den nächsten vergleichen sollen, sequestrirt seyn, und bei  
derselben bis zu Ausführung fürgenommener Rechtfertigung ehrlich erfor-  
gen, auch ohne allen Argwohn, und gefährlichen Zugang vertraut, und  
enthalten werden solle. Aliud exemplum vid. apud DECKER in Proc.  
Inform. Cap. 1. p. 27. nec non apud BLUM in suppl. Cam. tit. 8. n. 96.  
& LUDOLFF in Appendice 6. ad Comm. Sist. de J. C.

### § VIII.

Non desunt quoque leges antiquiores, & constitutiones Im-  
perii processum Cameræ Imperialis per *Ordinationes* satis fundan-  
tes; sic enim in Casu litigiosæ possessionis, quando nimirum am-  
bæ partes, antequam Camera quid deciderit, propriis viribus ar-  
ma arripiunt, aut saltem in procinctu sunt, ad ejusmodi facta  
violentia convolandi, Cameræ Imperiali præscriptum est, obje-  
ctum possessionis litigiosum sequestrandi, vel pro ratione cauæ  
ambabus partibus, ut ab usu, vel possessione vel quasi abstineant,  
inhibendi (a). Nonne vero hacce procedendi norma re ipsa in-  
hil aliud, quam *ordinatio* est?

(a) O. C. de 1555. P. 2. tit. 21. § 3.

### § IX.

Hæc de Origine *ordinationum nostrarum* in genere sufficiant;  
quantum vero ad singulas earum species, præcipue illas, quæ in  
Cau-

Causis extrajudicialibus conspicuae sunt, earumque historiam attinet, hanc iterum eodem ex fonte, sc. arbitrio Judicis hauriendam, & quoad progressum, si non fallimus illo, quem habuit processus Mandati, æquiparandam esse credimus. Eadem necessitas, quæ mandatorum processum paruit, Ordinationum quoque usum introduxisse nobis videtur, cum notabili tamen differentia, quod illa post longa temporum fata tandem propriam processus formam nacta fuerint, hæ vero adhucdum incerto jure fluctuant.

### § X.

De illo, nempe processu mandati notum est; postquam Augustissimus, & Gloriosissimus p. m. Imperator Maximilianus I. illud tam variis jamtum conatibus tentatum opus accomleverat, quo pax & tranquillitas publica suppressis undique bellis privatis, prohibitisque omnis generis Diffidationibus in Germania restituta conservaretur, postquam, inquam, supremum Cameræ Imperialis Judicium, ceu Palladium tranquillitatis, pacisque publicæ stabiliverat, magnus labor peractus erat; nondum tamen insoletæ nimis, ac vix non extirpandæ consuetudini Jus suum vi privata persequendi satis præcautum erat; multo minius aderat, quæ hodie inter gravissimas res fertur, Multitudinis Causarum ratio, quæ judicantes obrueret; nec credebatur, leges eti paucas litigantium fraudibus interverti, ne dicam irritas fieri posse. Mirum igitur non est, quod in prima Ordinatione Camerali Duo tantum processuum genera, Citationis nimirum, & Appellationis (*a*) præscripta fuerint.

(*a*) O. C. de ao. 1494. § 4. & 24.

O. C. de ao. 1498. § 31.

### § XI.

Sufficiebat prima ad supremum aliquod Imperii tribunal possesse fundamenta. Interim Imperator & status probe perspiciebant,

§

bant, propositis legibus adhuc multum deesse, quin ad omnes Casus evenientes, imo ad Communiores sufficerent (*a*). Inde tot, tantæque novæ indies addebantur sanctiones, id quod ex unica Comparatione O. C de ao. 1495., quæ nonnisi paucis §§. constat, cum illa de ao. 1555., quam tamen adhuc innumeræ aliae leges insecuræ sunt, prospicere est. Quam plurimæ itaque statim ab initio emergebant causæ, in quibus secundum ipsum Jus Commune Ordinarius processus locum habere non poterat, utque his convenientiis medela ferretur, novi quoque modi excogitandi erant.

(*a*) R. I. de ao. 1498. § 23.

## § XII.

Maximis, & urgentissimis motuum periculis per constitutio- nem super litigiosa possessione (*a*) obviam ibatur, cui deinde & aliae constitutiones particulares de Pignorationibus, & de Arre- stis succedebant. Sed hisce omne nondum cerebatur punctum; multi adhuc supererant casus, ubi promptum auxilium desiderabatur, quod nec per vias Citationum, aut Appellationis, nec per particulares illas constitutiones sperari poterat; illæ enim pri- mo non omnibus eventibus quadrabant, deinde quoque & ipsa ratio per illas procedendi difficilis, & lenta erat (*b*).

(*a*) Proposita primum hæc constitutio in Comitis de ao. 1512. § 12., atque in O. C. de ao. 1521. tit. 32. relata fuit, varias deinde mutationes in O. C. de ao. 1555. P. 2. tit. 21. passa est, donec tandem post Gra- vamina quorundam statuum in Comitis Imperii ao. 1557. contra il- lam exhibita proponente Collegio Camerali in Resolutionibus gravami- num eam formam obtinuit, quam nunc in C. O. C. P. 2. tit. 22. habet.

(*b*) Inde est, quod L. B. DE CRAMER Obs. Tom. 1. Obs. 62. consilium det, secu- rius esse casum ad mandatum S. C., quam ad Constitutionem particu- larem qualificare.

## § XIII.

## § XIII.

Hac ex Ratione jam ante præpæmoratas duas ultimas constitutiones (a) Mandatorum usum invaluisse fecit antiquus ille Germanorum mos, in causis claris de simplici, & plano procedendi (b); nec non exemplum interdictorum (c), quæ in legibus Romanis toties occurunt. Ab antiquissimis itaque jam statim temporibus mandata decreta fuisse, plurimæ successive latae leges Imperii satis abunde docent (d); si nempe in causis citationum, aut Appellationis puncta incidentia, quæ extraordinario quodam modo corrigi, aut saltem reprimi necessitatis erat, occurrerant; quidquid aliquando etiam super turbationibus possessoriis, atque instrumentis Guarentigiatis, alio processus genere actum, & processum esse, sustineri potest (e).

(a) Constitutiones enim, de pignorationibus nonnisi ab O. C. de ao. 1548. seu 1555., illa vero de Arrestis a R. I. de ao. 1570. § 84. suas trahunt Origines.

(b) SENCKENBERG in *Præf. ad Corp. Jur. Germ.* p. 48. § 55. p. 73. § 100.

(c) O. C. de 1517. tit. 1. § 17. O. C. de 1521. tit. 19. §. 3. O. C. de ao. 1527. § 4. R. I. de 1530. § 92. R. V. de 1531. § 22. & 30.

(\*) Vox Mandati, quæ in anterioribus legibus, imo in ipsa prima O. C. occurrit, de illis, quæ ab Imperatoribus directe procecerunt, accipienda est.

(d) Originem mandatorum ab interdictis Romanorum derivandum esse deducit LUDOLFF in *Comm. Syst. J. C. Sejt.* 1. § 10. n. 41. COCCEJUS in *Diff. de Abusu Mandatorum S. C.* varia quadam in Contrarium assert, ad ea tamen L. B. DE CRAMER in suis *Obs.* Tom. 2. Obs. 430. solide respondet.

(e) PÜTTER *Introd. in rem Jud. Imp.* P. 1. L. 2. C. 4. § 260.

## § XIV.

Ast multum adhuc deerat, quin separatam processus formam habuerint sparsa hæc mandatorum genera. Sæpe impetrans

C ejus-



ejusmodi mandatum nullum exinde sibi commodum sentiebat; quippe adversario sponte non parente, quid ulterius ageret, nesciebat. Non raro etiam contra false accusatam nimis præproperè procedebatur. Inde iis non parvus quidem labor in compilatione de ao. 1555 consecratus fuit, qua postea in Causis Judiciariis a Mandato inchoari prohibitum, aut saltem clausulas justificatorias addendi præceptum fuit, paucis modo, qui determinabantur casibus exceptis, in quibus per mandata S. C. procedere permittebatur (a). Imperfectam vero adhucdum formam retinebant, præcipue mandata, quæ sine clausula emittebantur; ibi enim præclusis omnibus exceptionibus parendum prius erat, hasque demum in ordinario processu deduci permittebatur. Potissimum quoque tantum per hanc ordinationem ratione fori, & designandorum Casuum, in quibus mandatis locus dari posset, vix autem aliquid circa eorum ulteriore progressum provisum fuit, cum in parte tertia quæ proprie ordinem Judiciarium pertractat, nulla de illis amplius mentio fiat.

(a) O. C. de ao. 1555. Part. 2. tit. 23.

## § XV.

Inde mirum non est, quod novis abusibus via sternebatur; cum enim quatuor illi casus, quos Ordinatio nominaverat; revera non tam angustis limitibus circumscriberentur, quin in plurisque causis inde prætextus desumi poterat, nec cæteroquin rigida narratorum probatio requireretur, mox eo res devenit, ut partium mandatarii Cameram speciosis factorum enormium narrationibus circumvenire, & sic vix non in omnibus, quæ ipsis obvenerunt, Causis Mandata sine Clausula impetrare stuperent; donec tandem posterioribus legibus omne illud supplebatur, quidquid a vera processus forma adhuc deficiebat; dum primum citatio ad vivendum se declarari in poenam, antea separatim im-  
pe-

petrari solita, mandatis statim anne&ti (a), dein partibus reis exceptiones sub, & obreptionis permitti (b) jubebatur; quibus plura postea adhuc circa ulteriorem procedendi rationem, debitamque super exceptionibus cognitionem in C. O. C. (c), & R. I. N. (d) acceſſerunt.

(a) R. I. de ao. 1570. § 82.

(b) Mem. Vis. de ao. 1579. pro Jud. & Aſſ. § 8. 10. R. Dep. de ao. 1600. § 29. - 35.

(c) C. O. C. Part. 3. tit. 42.

(d) R. I. N. §§ 76. - 80.

### § XVI.

Ut ad nostrum Thema iterum revertamur, expressæ leges quidem hic processum Ordinationum statuentes Copiosæ adeo non sunt, prouti quoad Processum Mandati adduximus; non desunt tamen argumenta æquiparentia. Quamdiu Mandatorum Uſus ad certos Casus nondum reductus fuerat, *Ordinationes nostræ* superfluae erant; omnia enim per Mandata corrigeabantur. Quamprimum vero iſtis restrictiores limites Assignabantur, novis mediis opus erat, quibus partibus auxilium aliquod suppeditaretur, in casibus nempe ad mandata non qualificatis, cæteroquin tamen justam, & promptiorem expeditionem requirentibus; novo enim licet processu Mandati introducto nondum omnibus fatis præcautum fuit, quæ Justitiæ administrationem impediabant. Via Mandati proprie tantum violentiis, aut attentatis reprimendis destinata, nondum illis, quæ ex ipsa prosecutione Juris sui majora indies nascabantur, incommodis obveniebatur.

### § XVII.

Vix etiam est, qui ignorat majoris indies præjudicij factum esse, in supremis Imperii tribunalibus processus decerni; mox it-

le; qui mandatum, verosimilibus narratis, quæ speciosissimis titulis decorare egregie callent peritiores causarum patroni, vel Processus obtinuit, per longissimum tempus ipso summae iustitiae præsidio in iusta sua possestione tegitur; e contrario accidit quoque sapientissime, quod ille, qui ab Adversario turbatus, e possessione dejectus, aut a Judice a quo evidentissime gravatus est, per sæcula exspectare debeat, donec Mandati, vel Appellations suæ tam diu speratum effectum sentiat.

### § XVIII.

Novis itaque mediis opus erat, quibus hisce malis obveniretur, aut illa saltem, quantum poterat, evitarentur. Ad officium Judicis configiendum erat. Camera Imperialis itaque Paterno erga infortunatos concives, quos protervia Vicinorum, quandoque etiam Dominorum, & superiorum vehementia ad tristem litigandi necessitatem perduxerat, animo mox parti, mox judici a quo amicabiles modos, ut ita gravamen ipsimet levioribus sumptibus tollant, proponere, mox imminentibus pendente lite dannis inevitabilibus, ab initio statim occurrere, mox vero demum celeriorem quandam viam in finiendis, aut amputandis causis, quarum Gravamen evidens comperiebatur invenire fatagebat. Hæc sine sunt illa decreta, quæ passim *Ordinationum* nomen accepterunt.

### § XIX.

Primam huic methodo occasionem præbuuisse prælocutorias, ad quas Camera Imperialis in certis circumstantiis adstricta est, (a) citatus supra Clarissimus Author Dissert. Mog. non sine fundamentis auspicatur (b). Et revera quamvis ingens inter has prælocutorias, & nostras Ordinationes sit differentia, negari tamen non potest illas saltem in modo pronuntiandi multum adminiculi tribuisse, prout jam idem Author ostendit (c).

(a)

- (a) R. Absch. de. 1570. § 80. Mem. Vis. ad Judic. & Assessor. de ao. 1557. § 25.  
C. O. C. P. 3. tit. 22. § 10.
- (b) Diff. de Ordin. § 47.
- (c) cit. loc. § 50.

### § XX.

Quam maxime etiam tentatam hance feliciter viam applanasse  
videtur exemplum Consilii Imperialis aulici; Illud enim jam diu in-  
ceperat loco Mandatorum, nec non in causis Appellationum stati-  
bus Imperii, eorumque Judicibus, a quibus appellatum erat, de  
tollendis brevi manu gravaminibus, siveque causis amicabiliter com-  
ponendis rescribere, aut pratermissis Ordinarii Processus ambagi-  
bus de simplici & piano ad reparandas injurias procedere (a), unde  
integra dein forma processus per viam rescripti nata est; quae ta-  
men aliquo modo in ipsa celerrissimi hujus Dicasterii Ordinatione fun-  
data videtur. In illa enim non solum super superfluis judiciorum  
solemnitatibus dispensatur (b), sed & in quibusdam Casibus via  
rescripti tanquam lenior, magisque Comis præcipue erga status  
imperi præscribitur. (c)

- (a) Plura omnis generis rescripta congestæ sunt in saepè citata diff. Mog. a  
§ 22. usque 45.
- (b) Ordin. Conf. Imp. Aul. tit. 2. § 9. verbis: Hingegen wollen wir.
- (c) Cit. Ord. tit. 6. § 11. So sollen vermög deren Reichssatzungen jederzeit  
gerichtliche Mandata und nach Umstand der Sachen und Personen in Fäl-  
len, die in der C. G. Ordnung, und anderen Reichsconstitutionen fun-  
dirt sind, Rescripta, und darauf die Partition erkennt, und ausgeferti-  
get werden.

### § XXI.

Non miraberis ergo Cameram successu temporis vix non idem  
per adoptatas Ordinationes, quod Judicium Imperiale aulicum per  
processum Rescripti fecisse (a). Huncque modum procedendi sequio-  
ribus

C 3.

ribus temporibus eo frequentius (b) & securius ambulasse, præser-tim, cum quæstio, an Cameræ Imperiali liceret, anque consultius esset sub forma Ordinationum, processum rescripti adoptare (pro-ut nobis refertur) jam in conselio Visitationis, quæ erat de ao. 1704, usque 1713 in deliberationem venerat, res vero, quare nescio, indecisa remansit. Unde & forte satis secure inferri po-test prædictum Illustrissimum Visitationis confessum circa stylum Cameræ, per ordinationes procedendi, nihil reprobando, vel mu-tando eundem potius tacite approbasle.

(a) vid. Cit. toties Author cit. loco § 61. Exemplum, quod ibi retulit, sa-ne legi meretur.

(b) de Zwierlein, in seinen vermehrten Beiträgen zur Verbesserung des Justiswesen, II. Theil pag. 134. animadvertisit, quod scriptis Affe-forum a Ludolff, & L. B. a Cramer eorumque exemplis non parvum adhuc acceperint incrementum.

## § XXII.

Sed quam insigne etiam hæ ordinationes, & Cameræ Impe-riali, & ipsis litigatoribus, prout infra videbimus, emolumentum attulerint, negari tamen non potest, multos sæpius abusus irrep-sisse, eo magis, quod non propriis legibus, sed tantum commo-datis ex analogia Regulis dirigantur, ac determinentur.

## § XXIII.

Inde incommodis, ut his impostorum præcaveretur, utque eo majores ex inde fructus sperari possint, factum est, quod præ-sentis illustrissimæ Visitationis Cameræ Conselius jam sub 4ta Julii 1768 a Collegio Camerali desuper informationem exegerit, nec de-fuerit Camera Imperialis hanc informationem una cum integra de-super habita deliberatione ad Visitationem mittendi; cui aliae ad-huc sc DD Procuratorum & Cancellariae Præfecti circa hanc rem exhibitæ admonitiones acceperunt. Tandem ao. 1770 hæc mate-ria

ria in Confessu Visitationis pluries proposita fuit, nescio tamen, quo fato, si non per mortem præmaturam subdelegati Electoralis Brandenburgici, qui ad hanc rem examinandam constitutus Referens fuisse dicitur, factum sit, ut nulla hueusque desuper decisio insecuta fuerint. Rursum deinde ao. 1773 in Comitiis Ratisbonensis Ordinationum mentio facta est. (a) Nec non in Concluſo Novissimo trium Collegiorum S. R. I. statuum de 23ia Octobris 1775, quod Cæſareæ Majestati sub 15ta Decembris e. a. rati habere placuit, inter cætera puncta Normæ Judicariaæ a Visitatione adhuc evolvenda Ordinationes referuntur (b).

(a) ao. 1773 Erugen Churtrier, Churböheim, und Oesterreich hauptsächlich darauf an, es wäre der Visitationsconſeß anzzuweisen, daß derselbe über den Puncto Ordinationum von dem C. Bericht allſchon den 19ten September 1768 erstateten Bericht das Gutachten an Ihro Kaiserl. Majestät beschleunigen folle. JOANN JACOB MOSER von der teutschen Jurisverfassung Tom. 2. Libr. 4. Cap. 8. pag. 8.

(b) vid. Ment. Concl. § 28. n. 3.

#### § XXIV.

Interim præmissa hæc de Ordinationum Cameralium origine & Progressu, earumque Commoditys atque Incommoditys Generalia sufficiant. Propius nunc ad Rem ipsam accedimus.

Integra de Ordinationibus Tractatio præsupponit, ut non solum Casus examinentur, in quibus illas decerni justum, ac necessarium fit; sed etiam quid in ulteriori Progressu circa illas observandum veniat.

Hunc nobis propositum Finem, ut eo melius assequamur, Tentamen faciamus; annon possint Principia, & Régulae quedam generales, & speciales ex Legibus, illarumque Analogia depromi, quibus observatis quidquid in eis Utilitatis est, eo majus recipere Incrementum, quidquid vero ex altera Parte Abusus metuitur, felici Conatu averti poslit.

CA-

❧      ❧      ❧

## CAPUT SECUNDUM

### PRINCPIA, SEU REQUISITA GENERALIA ORDINATIONUM IN GENERE.

---

#### § XXV.

Regularum, quæ in singulis ordinationum supra § 3. — 5. e-  
narratarum Speciebus suam applicationem merentur, generalium  
prima sane est, quod ad omnem decernendam Ordinationem *Juri-  
sdictio Cameræ debeat esse fundata.*

Nihil sanæ Rationi, simplicique Judiciorum Ideæ conforme  
magis est, quam illius, qui Jus dicit, Jurisdictionem fundatam esse  
debere. Decantata enim jam Jure Romano Sententia erat, extra  
Jurisdictionem Jus dicere non opportere (*a*) pro nullo enim habe-  
tur, nec est ulla Sententia, si inter eos quis dixerit Jus, inter quos  
Jurisdictionem non habet (*b*).

(*a*) Lex ult. ff. de Jurisd.

(*b*) L. 1. § 2. ff. quod quisque Juris.

#### § XXVI.

Inde etiam tot Leges Imperii, quæ hancce Necessitatem intra  
Limites sua Jurisdictionis persistendi, Cameræ Imperiali toties in-  
culcant. Jam enim in prima Ordinatione Camerali Jurisdictionis  
Fines præscripti, &c., ne transgrediantur, provide cautum fuit  
(*a*) id quod posterioribus demum Legibus non firmatum modo (*b*)  
sed & ipsa in Contraventionem illarum lata Citatio pro nulla de-  
clarata fuit (*c*).

(*a*) O. C. de anno 1595. § 29.

(*b*) Rec. Imp. de anno 1512. Tit. 4. § 13. O. C. 1521. Tit. 30. O. C. 1555.  
p. 2. Tit. 4. & Tit. 5. § 2. C.O.C. P. 2. T. 1. pr. & § 1. Tit. 5. § 2.

(*c*) R. I. de anno 1512, Tit. 4. § 14.

#### § XXVII.

## § XXVII.

Confirmatur hoc porro ex Praxi ipsa Cameræ Imperialis, ubi prima in omnibus Causis, quæ ad illam deferuntur, super Puncto Jurisdictionis Cognitio instituitur, imo supplicans semper in prima supplica Jurisdictionem fundare debet (a), alioquin ipsi per Decretum prælocutoriorum injungitur, ut eam melius fundet (b).

(a) RODING Pand. Cam. p. 1. Tit. 4. § 15. LUDOLFF Comm. Syst. de Jure Cam. Sect. 1. § 2.

(b) Ejusmodi Prælocutoriae quotidie sere emanant: Würde supplicant dieses kaiserlichen Kammergerichts Jurisdiction besser fundiren, besser de Summa appellabili docire, alsdann soll ferner ergehen, was Recht ist.

## § XXVIII.

Si itaque in omnibus Causis ad Cameram devolvendis Fundatio Jurisdictionis requiritur, multo magis id in decernendis *Ordinationibus* præ Oculis habere debebit Camera, adeo, ut illas, quæ contra has Leges Fundamentales feruntur, omnino improbandas esse, dicendum sit.

Fateor quidem, multas sāpe ad hoc augustinissimum Tribunal deferri Querelas, pro quibus ipsa Justitia loquitur; interea tamen, si ob Defectum Jurisdictionis Cameralis Processus decerni non valent, non video, quomodo per *Ordinationem* sententia gravans reformari, sique Appellantи succurri possit. Nullus hic Locus noti alias Axiomatis: Non *spectanda Quantitas*, sed *iniquitas Privationis*, cum Legislatores ipsi Universitatē Jurisdictionis summorum Imperii Tribunalium limitare voluerunt. Et, licet ejusmodi Ordinationes tantum per Modum admonitionis procedere sustinetur, (a) per hoc tamen illarum Usus non justificatur, ne dicam, ipsamet supremi hujus Dicasterii Authoritas ibi maxime exponitur; Si enim Pars impetrata iis non pareat, certe non sine maximo Vipendio Cameræ Imperialis impunis manebit; nec juvabit impe- trantem tali Casu, *Ordinationi* annexa Clausula: Quod in Casum

D

non

non Partitionis, Recursus ad Cameram pati debeat (b); permittunt enim hoc Casu Leges Imperii (c) ejusmodi Decretis non pareri.

(a) CRAMER Obs. Tom. 2. p. 2. Obs. 779. § 6. inquit: Noto notius est, Ordinationes, quando aperte constat, Jurisdictionem non esse fundatam, non decerni, quam per Modum Admonitionis offici, mediante Formula: *Man verſichet ſich.*

(b) L. B. de CRAMER acerrimus ubique Ordinationum Defensor, hunc quoque Modum iustificat, Et in suis Horis sub cessivis P. 62. p. 17. & 18. Casum refert, ubi in Causa politica ad Cameram alias non appellabili *Ordinatio* annexa ejusmodi Clauſula decreta fuit.

(c) Capit. Imp. Franc. Art. 18. § 4. & 5.

### § XXIX.

Non confundendae tamen sunt cum prioribus illæ *Ordinationes*, quibus Camera denegatis ex alio quam deficientis Jurisdictionis Fundamento Processibus Judici a quo aliquid injungit, ad quod de se obstrictus est; Præcipue, si Camera postea Facultas & Jurisdiction non deficiat, qua facta ſuę admonitioni debitas poſtea Vires addere poſſit. Sic V. G. Judex inferior ad quem dene-gata Provocatio remittitur, ſæpius officii ſuę in administranda Ju-fitia commonetur (a).

(a) Sic ad supplicam pro Processibus Appellationis in causa Ulrich Vier-lings, contra Johann Wolfgang Schlee, 6ta Julii 1762. decre-tum fuit: Abgeschlagen; Jedoch verſicher man ſich zu dem Magistrat der Stadt Nürnberg, daß Er Appellanten auf sein gebührendes An-melden rechliches Gehör verſtatten, und ihm unparthenische Justiz er-theilen werde.

### § XXX.

Huc quoque pertinet *Ordinatio*, qua Camera Imperialis, li-cet Processus denegat, tamen attentata, aut Facta violenta in-tuitu appellationis ante Decretum denegatorium commissa repara-ri

ri jubet (a). Haec enim per se sunt Facta injustificabilia, appellantem, licet Fundamentum Appellationis aliquo modo dubium fuerit, ad desistendum cogi, aut Judicem a quo, donec super acceptatione, vel Rejectione appellationis Camera decreverit, suspensae per Leges ulteriori Cognitioni præcipitanter se se intro-mittere.

His addo Ordinationem, qua denegatis Processibus Judici a quo injunctum fuit, ut supplicanti Transmissionem Actorum ad Impartiales concedat (b). (\*)

- (a) Sic in Causa Christian Wackers, Zeug- und Raschmachers zu Nordhausen, contra die Krämerguld dafselbst, ad Supplicam pro decernendis Processibus Appellationis, 13tia Martii 1767. decretum fuit: Auf Bericht, und Gegenbericht abgestlagen; Jedoch ist dem Magistrat der Stadt Nordhausen, daß seltiger Supplicantens Principalen die während dem gegenwärtigen Rechtsstreit gefändete Waaren vor dermalen ohnentgeltlich wieder zurück gebe, hiemit aufgelegt.
- (b) Sic in Causa Berkenmeyer zu Hamburg, contra Lt. Schütz, und Consorten als Curator Bonorum von Hettling, und Consorten, ad iteratam Supplicam pro decernendis plenariis Appellationis Processibus 13tia Jan. 1770. decretum fuit: Läßt man es bey dem unterm 4ten Julii vorigen Jahrs ertheilten abschlägigen Decreto letaliß bewenden; jedoch versichet man sich zu Richtern voriger Instanz, derselbe werde Supplicantens Principalen auf deren geziemendes Anmelden Transmissionem Actorum ad Impartiales zu verstatte, von selbsten geneigt seyn.
- (\*) Supponimus tamen Appellantem Remedium Transmissionis Actorum intra Decendum elective cum Appellatione ad Cameram interposuisse. Hic enim non est Occasio percutiendi Quaestionem, an Camera non possit ex officio supplicanti Remedium illud surrogare, si nempe deficiente Summa appellabili Processus decernere non valeat, Gravamina tamen contra Sententiam a qua satis aperta appareant; quamvis pro affirmativa satis convincunt Rec. Dep. de 1600. § 16. & R. I. N. §. 113. quippe tantum requirentes, intra Decendum provocatum esse. Deinde Summa appellabilis non tam in odium Appellantium, quam potius, ut Camera nimis Litibus non obruatur, introducta fuj-

20

se videtur, licet postmodum illa Lex in Privilegium Statuum Imperii degeneraverit.

### § XXXI.

Multum vero abest, quod hæ Limitationes propositam supra Thesin labefactent; ut potius firma maneat, ita, ut nequidem stante Dubietate Jurisdictionis, ubi alias tamen Processus decernuntur, facile quid ordinandum sit, sed securius a decernenda ordinatione abstineatur, quam ut illa postmodum Inconvenientissima supra allegatis exponatur. Suadendum ibi semper erit, Supplicanti per Prælocutorium prius injungere, ut de fundata Jurisdictione melius doceat.

Si vero Causam judicialem, &c in ea jamtum Exceptiones fori declinatorias prolatas esse supponas, tunc nullum plane prætermisso hoc Puncto Fori, Ordinationi Locum esse, Analogia Legum involvere videtur. Habemus enim hic Recessum Visitationis (a) expresse statuentem, quod in causis, ubi Pars appellata Exceptiones Fori declinatorias opposuerit, Punctum Attentatorum non extrajudicialiter, & in audita altera Parte, prout R. I. N. (b) permittit, sed in Judicio cum plena causa Cognitione decidi debeat; a potiori ergo Ordinationum Usum hic quoque interdictum esse, concludimus; licet L. B. de CRAMER quondam Contrarium statuere voluerit (c).

(a) de ao. 1713. § 49.

(b) R. I. N. de ao. 1654. § 59.

(c) Weslarische Beyträge, erster Theil, 3te Abhandlung.

### § XXXII.

Unam tamen optimo cum Fundamento hic Exceptionem admittendam esse, credo, Casum nempe, si super alimentis provisoriis ordinandum foret, licet Quæstio Fori nondum decisa fuerit.

Præ-

Præterquam enim, quod alimentorum Favor tam generalis sit, ut in quolibet Puncto Processus desuper Cognitio & Provisio admittatur, Exceptio Fori quoad hanc objectionem per Leg. unic. Cod. quando Imperator inter Pupill. & Vid. sufficienter eliditur, & inefficax redditur. Scio equidem, non carere Controversiis hanc sententiam; plures certe non inferioris Notæ Doctores (a) Contrarium pro aris & foris defendunt; non defunt vero ex altera Parte quoque gravissimi Juris Interpretes, qui Personis miserabilibus Refugeum ad suprema Dicafteria competere non affirman modo (b), sed & plurimis Præjudiciis illustrant (c); quarum Rationibus sat demonstratum videtur, quod tali in Casu, non obstantibus Exceptionibus Fori declinatoriis, ordinatio decernibilis sit, modo alias, quod supponimus, Miserabilitas Personæ, & præsens in Mora Periculum, aut alia legitima Causa satis probata existat.

- (a) LAUTERBACH Collég. Theor. præf. Tit. ff. de Judicis N. 58. DECKER in *Vind. ad Blum.* Tit. 27. N. 187.
- (b) BLUM Loc. cit. LUDOLFF *Syst. J. C.* 5. 1. § 2. Num. 25. pag. 32. LYNKER *de Gravam. extrajud.* C. 5. S. 2. § 13. N. 5.
- (c) L. B. DE CRAMER *Nebenst.* P. 2. Abh. 11. Obs. Juris univ. Tom. 1. Obs. 180. & 269. Tom. 2. Obs. 496. & 545.

Confirmatur id porro per Sententiam in Causa Sophien Elisabethen von Vogelgesang, gebohrnen Prinzessin von Waldeck, mit Herrn Fürsten zu Waldeck, und sämtliche Prinzessinnen Schwestern, Citationis, 16. Junii 1760. latam in Tenore: Ist Doctor Meckel, was Ex Puncto Fori submittendo, wie auch ad Suppliciam pro Mandato provisionali de prestans, usque dum causa definita, alimentis & sumptibus Litissime Clausula zu handlen vermeynet, annoch Zeit eines Monats pro Termino, & Prorogatione von Amts wegen angesezt; übrigens aber, daß Herr Beklagter an Klägerin zum nochdrüftigen Unterhalt, auch zu Ausführung ihrer Rechtfertigung von Zeit dieser Urtheil an zu rechnen, sogleich baar zwey hundert Reichsthaler, und alsofort an bis zu Austrag der Sachen jedes Jahr gleiche Summ anticipative auszahlen, auch, wie solches vermaßen geschehen, binne-



obgemeldter Frist anzeigen lassen solle, hiermit einsweilen, und provi-  
sorię verordnet.

### § XXXIII.

Cæterum ex supra Demonstratis prono porro alveo fluit, nullatenus *Ordinationes* in casibus, ubi Austregæ obstant, decernendas, multo minus iis adpræscindendam hancce Instantiam abutendum esse. Posset equidem Exemplum Rescriptorum Consilii Imperialis aulici, cuius Naturam in multis imitantur *Ordinationes*, huic Errori ansam præbere, quod enim Via Rescripti Jus Austregarum perimat, quam plurimi statuunt (a); sed, quamvis cum iis desuper in arenam condescendere non velimus, videntur tamen eorum Rationes ad nostras *Ordinationes* trahi vix posse. Concedamus enim, quod LUDOLFF, & cum eo CRAMER adducit (b): plerumque nimirum Austregarum Exceptionem non tam maturatio*n* Jus*t*it*i*a, quam eum in finem adduci, ut act*o*r per infinitas moras remittatur ad Calendas Græcas; ex eo tamen nullatenus sequitur, quod usus Austregarum propter abusus tolli, aut restrin*gi* possit.

(a) LUDOLFF *S. J. C. Se<sup>t</sup>t. I. § 3.* CRAMER *Syst. Proc. Imp. § 682.* UFFENBACH *de Conf. Imp. aulico Cap. 15. Se<sup>t</sup>t. 2. subl. 2. & Se<sup>t</sup>t. 8.*

(b) LUDOLFF cit. loco § 10. N. 18. CRAMER *Observat. Jur. un. T. 2. Part. 2. Obs. 779. § 1.* Videatur quoque PÜTTER *de Ordine judiciario ab Austregis Observ. § 5.*

### § XXXIV.

Quam rara etiam his Authoribus Exempla videantur, quod per Viam Austregarum prompta aliquando Jus*t*it*i*a administrata fuerit, fieri tamen potest, ut laudabili mente conventum Austrægarum Judicium Litem brevius ac succinctius dirimat. Deinde, si Ratio hæc Protractionis Jus*t*it*i*æ sufficeret, omnem etiam Appel-latio-

lationis Instantiam tollere necesse erit; Quis enim nescit, Appellationeſ ſa pe ſa pius injuftas Posseffiones protelare, illisque nonniſi ad divexandam Partem viētricem, eamque non raro depaupe-randam abutit. Tantum abeft vero, quod ingens hæc statuum Imperii Prærogativa ſplendida hac Ratione convelli poſſit, ut potius de illa firmanda noviores statuerint Leges, quibus expreſſe ca-vetur, ne Qualificatio Cauſarum ad Mandatum ſine Clauſula in Prajudicium auſtregarum nimium contorqueatur; (a) imo in Ca-pitulatione noviffima ſerio promiſſum eſt, ne ſtatus Jure ſuo Auſtregarum tam legalium, quam conventionalium defraudentur; fecus omnia hiſce contravenientia Rescripta, Inhibitiones, & Mandata ipſo Jure pro nullis declarata eſſe legimus (b).

(a) R. Vis. de anno 1713. § 9.

(b) Cap. Caſarea Jos. II. Art. 18. § 4.

### § XXXV.

Contra vero quæcunque Rationes Jus Austregarum perimunt, & Jurisdictionem Cameræ his non obſtantibus fundant, has quo-que pro Ordinationibus intrare, illisque Locum aperire, nemo inſiciabitur, ſi ergo E. G. Cauſa cum alia jam in Camera penden-te connexa, (a) aut factum per ſe adeo ad Mandatum ſine Clauſula qualificatum fuerit, (b) ſine Scrupulo Cameram ordinare poſſe, nulli Dubitationi ſubjacet.

(a) Decker in Monumentis Lectionis Camer. p. 520. Taffinger Inst. Jurispr. Cam. Sect. 3. Tit. 7. § 543. Quomodo vero procedendum, ſi Cauſa cum alia connexa deprehendatur, docet CRAMER Obs. Jur. Univ. Tom. 2. Obs. 779. § 10. p. 557.

(b) Quandum Rationes, cur contra Status Potentiores aliquando loco Mandati ſine Clauſula Camera Ordinationibus uti maluerit, valeant, infra exa-minabimus.

### § XXXVI.



### § XXXVI.

Porro repetenda & hic est Exceptio ex Lege Cod. si quando Imper. de Viduis ac Pup. § 32. supra deduc̄ta, nec non ex Paritate Rationis, quæ L. B. de CRAMER (*a*) sustinuit, aliquando non obstantibus Aufstregis Mandatum cum Clausula decerni posse, si nimirum Casus Litigiosæ Possessionis adsit; hoc Casu etiam Ordinationes decerni posse, credimus.

(*a*) *Observ. Juris univ. Tom. 4. Obs. 1054.* ubi Exemplum affert Decreti ejusmodi Mandati cum Clausula in Causa der gemeinde Viermenich, und Canonic von DOETSCH, contra die Herzoglich Arenbergische Regierung.

### § XXXVII.

Alterum ad decernendas *Ordinationes* ponimus Requisitum essentiale in eo, quod *Causa legitima aedisse* debeat.

*Ordinationes* Modum quendam extraordinarium esse, quo Judex officio suo commotus, Parti alicui succurrerit, jam supra § 16. seq. dixi; Consequitur igitur ex ipsa illarum Natura, Causas legitimas desiderari, antequam Judex a Via ordinaria recedere possit. In definiendis autem ejusmodi Motivis legalibus, magna latet Difficultas, nisi multa hic arbitrio Judicis relinquere velimus; Praestat tamen alias, easque majores Causas hic enumerare.

### § XXXVIII.

Inter Causas legitimas primo Loco referimus illas, quæ jam de Jure civili Romano Provisionem Judicis desiderant. Huc pertinet præ cæteris Alimentorum Privilegium, sic quoque, ne res litigiosa pereat, aut Actio fiat inanis, providendum, ac desuper ordinandum est, si enim illud negligeretur, Partibus Actio utilis subsidiaria contra Judicem competenter (*a*). Et quanquam hoc Refugium

fugium contra Cameram Imperialem non facile Locum invenire credam, certe tamen illa per Ordinationes providas, si Occasio se praesentet, ejusmodi Damnis futuris præcavere tenebitur.

(a) hanc Actionem in viridi adhuc observantia esse contra Zoësum, aliosque certe major & senior Pars Authorum testatur; V. G. HERING *de Fidei* C. 8. num. 28. BERLICH *Concl. Lib. 3. Concl. 245. N. 67.* CARPOZ. P. 2. Const. 11. Defin. 41. P. 3. Const. 15. Defin. 52. N. 9. MÜLLERUS *ad STRUV. Exercit. 31. th. 81.* LAUTERBACH *Colleg. Theor. præf. ad Librum 27. dig. Tit. 8. § 13.* qui plura Judicia inferiora a Camera Imperiali in subsidium condemnata esse refert.

### § XXXIX.

Non minor legitima Causa est, si Periculum in Mora adsit. Summi Legislatores hanc Causam ita prægnantem censuerunt, ut edocta illa & probata eam adeo ad Mandatum sine Clausula qualificatam esse censuerint (a). Utque brevius me explicem, non timeo Errorem, si omnes illas Causas pro legalibus admittam, quibus alias Mandata sine Clauſula superinstrui possunt.

(a) O. C. de anno 1555. P. 2. Tit. 23.

### XL.

Tertio *Ordinationibus* succurrendum est, si per facta violentia Impetrans a Prosecutione Juris sui impediatur: Accidit id non raro in Causis subditorum contra Dominos, qui sèpius per varios Conatus subditis suis omnem Occasionem, ad suprema Dicaſteria refugiendi, præſcindere student, utque illud obtineant, mox incarcerationibus, & Prohibitionibus, de non exeundo extra Territorium se se inserviunt, interea quod pariter omnibus Advocatis indigenis, né querentium Patrocinium fuscipient, sub Pœna Cassationis inhibent (a).

(a) Egregie hoc illustratur per ipsam *Ordinationem*, quæ in simili Causa, in Sämtlichen Unterthanen des Fürstenthums Anhalt Bernburg,

E

bürg,



burg, contra den Herrn Fürsten zu Anhalt Bernburg, und die  
samtliche Anhalt Bernburgische Ritterschaft sub ioma Jan.  
1767. lata fuit, Tenoris sequentis. Noch zur Zeit abgeschlagen, sondern  
Herrn Beklagten, um hierüber seinen umständlichen Bericht innerhalb  
6. Wochen, von Zeit der Insinuation an zu rechnen, diesem kaiserschen  
Kammergericht verschlossen einzuschicken, immittelst aber mit allfernern  
Vorfahren einzuhalten, zugeschrieben werden, dann ist der gebettene Sal-  
vus Conductus erkannt, auch versicht man sich zu ermordeten Herrn Be-  
klagten, derselbe werde implorantischem Unterthanen an Verfolgung ih-  
rer Rechtsache in dem geringsten nicht zu behindern, Ihnen weder die  
Annahm eines auswärtigen Rechtsgelehrten weder die Herkenschaffung  
der erforderlichen Mitteln zu verwehren, und Appellanten sammt und son-  
ders diesen ergriffenen erlaubten Weg durchaus nicht empfinden zu las-  
sen, von selbsten geneigt seyn.

### § XLI.

Quarto etiam pro Causa legitima habendum esse existimo, si  
per Ordinationem Processus aut omnino tolli, aut saltem abbre-  
viari possit, quorsum & pertinet ista, si Gravamen ita evidens sit,  
ut Judici illud brevi manu tollendum esse videatur.

(\*) Has Causas, cum iis duas integras Ordinationum species superinstruantur,  
infra suo Loco examinari opportunius esse videtur, ne Repetitioni-  
bus superfluis Lectori benevolo Nauseam creemus; sufficiat itaque, il-  
las hic tantum indicasse.

### § XLII.

Tertium denique Requisitum est, *Ne Partium Jura quaestia  
lædantur.*

Quilibet accusatus Defensione sua audiendus est; ad illa ita-  
que proponenda, quæ pro sua Innocentia afferre velit, Jus que-  
situm habet. Nullitas aperta esset, si plane inauditum condem-  
nare, nec etiam postea ipsi ad Exceptiones proponendas Occasio-  
nem relinquere vellet Judex; quam verosimilibus enim licet Ar-  
gu-

gumentis & Probationibus Impetrans Intentionem suam fundaverit, ita, ut facta allegata evidentissime probata videatur, non defunt tamen innumera Exempla, Judicem solertissimum speciosis quandoque Narrationibus circumventum fuisse. Prioribus Temporibus in Mandatis hæcce irregularitas deprehendebatur, donec istis Querelis per posteriores Leges Medela parata fuit. Injustum itaque esset, si per *Ordinationes* iterum introduceretur, quod antea tam sollicite correctum fuit.

Quaecunque igitur *Ordinatio* feratur, semper, antequam ad Executionem illius progrediatur, Reo prius consuendum, Viae que commoda aperienda est, qua Exceptiones suas, si quas habeat, cur Partitionem obtrectet, proponere, sicque audiri possit.

Quibus vero Modis id fieri possit ac debeat, in Deductione particulari, ad quam nunc progredior, latius ostendam.

---

## CAPUT TERTIUM

### DE ORDINATIONIBUS IN SPECIE SEU PRINCIPIA CIVIS SPECIEI ORDINATIONUM ACCOMODATA.

---

#### § XLIII.

Tandem ad singulas Ordinationum Species pervenimus. Ex Potestate Judicis Partibus extra ordinem succurrenti, & pro Necesitate quid provisorie statuendi Ordinationes derivavimus (§ 16. seq.); Casus vero ac Eventus, ubi has applicari, necessarium ac

E 2

utile



utile erit, diversas Ordinationum Clases, & separatas iterum in qualibet Classe species constituunt.

Divisionem, quam supra (§§ 3. & 4.) dedimus, positumque ibi illarum Ordinem & hic insequamur; primo igitur de *Ordinationibus*, quae in *Causis extrajudicialibus* decernuntur, & in Specie de illis prius agendum erit, quas *antecedaneas* nominavimus, quae tantum ad tentandam Concordiam sive tollendum amicabili-ter Gravamen, tendunt.

#### § XLIV.

Si unquam pro Usu *Ordinationum* earum Utilitas, ac Necesitas loquitur, certe illæ, quibus in initio Proceslus Providentiam suam exercet Judex, Laudem merentur; gravis illa, ac propter ipsam hanc suam Gravitatem quodammodo lenta procedendi Norma, ad quam supremum Cameræ Dicasterium per Leges Imperii adstrictum est, enormis illa Causarum Multitudo, cui accedit accuratus inter illas secundum earum Privilegium servandus ordo, ubi Causa etiam satis privilegiatae innumeris adhuc magis privilegiatis cedere debent, litium decisionem tam longe differunt, ut illarum finis saltem haec tenus post integra Sæcula frustra speratus sit; minimæ igitur, si quæ alias adfuerunt Rationes hinc ponderatores fiunt, & justissimus non raro Litigantium finis saepius frustratus esset, nisi in Limine processus quandoque Damnis ejusmodi postea irreparabilibus per providas Ordinationes haec nus provisum esset, & porro occurreretur.

#### § XLV.

Laudabilis ergo semper, summaque Aëstimatione dignus est Cameræ Imperialis Conatus, si ad compescendas & amicabili modo componendas Lites animum intendat. Imo ipsum Judicis officium hocce studium desiderat, cuius principalem æque Curam esse

esse opportet, Lites quantum potest, diminuere (a), cum publice intersit, ne Litibus Respublica obruatur (b); quod & ad Cameram Imperialem applicari Analogia Legum Imperii (c) Suadet, eo potius cum ex Paragrapho antecedente apparet, Rationem Legis coram Judicio Cameræ si non potius, tamen aequa pariter subintrare; quam vis non ignoramus, Temporibus no-  
vioribus multis objectionibus subjacere, Cameram Imperialem ad litium Compositionem concurrere, cui tamen Solertia præsentanæ Visitationis quoad abusum, si quis fuerit, facile prospiciat.

(a) L. 21. ff. de Reb. cred.

(b) L. 1. ff. de Usucap.

(c) R. I. N. § 110.

### § XLVI.

Interim Experientia docuit, & docebit porro, unica sapientissime *Ordinatione* tali lenioribus Verbis concepta magis obtentum esse, quam duplici ipsorum Processuum cujuscunque Generis Rigore. Sicque, quæ in decernendis Processibus tum Respectu Judicis, tum Litigantium juste timentur incommoda, Via media averti poterunt; quod si ex Voto succedit, praescissis judicialis Disceptationis ambagibus Justitia revera optatius & magis prospicue administrabitur, nec Supplicant fiet Inuria, cum, si Successu destituitur Propositio amicabilis Viæ ordinaria decernendi Processus semper adhuc salva maneat (a), et neutiquam ejusmodi Ordinationes pro Decisione Causæ habenda sint, sed tantum Admonitionis Locum subintrent (b).

(a) Confer. MEVII. Dec. P. 3. Dec. 277.

(b) L. B. DE CRAMER Ohf. Tom. 2. Obs. 616.



### § XLVII.

Quemadmodum vero in quacunque Causa melius & consul-tius est, Partes amicabiliter componi, sic etiam in omni Genere Causarum hæ Ordinationes suam applicationem inveniunt, sive illæ in prima sive in secunda Instantia ad Cameram deferantur. Rarior quidem in Causis simplicis Citationis earum Uſus reperi-tur, raro enim in illis Jusſitia Petitionis cum debita Certitudine statim ex prima Supplica confſpi potest, & raro illa ita qualifica-ta est, ut pro Parte rea quasdam Excep-tiones prævidere non pos-fit Judex, alias Causa ad Mandatum faltem a Causæ Patrono qua-lificaretur; aſt eo frequentius in Causis Mandatorum obtinent.

Lenis illa ipſius *Ordinationis Formula*, qua impetratus, ut ita dicam, quaſi rogatur, factum injustum ipſem reparandi, præterquam quod ilii ſæpius multo facilior Paritio inequatur, omne ſupplet, ita, ut nulla dein contra ipsum, ſi inequatur Mandatum, Querela amplius moveri, multo minus Camera Præ-cipitantiæ alicujus argui poſſit.

### § XLVIII.

Omni penitus ea, quæ dixi, Dubio subtrahuntur, ſi in Ca-fus, in quibus ejusmodi *Ordinationibus* procedi ſolitum eſt, inqui-ramus, & Decretam deinde Ordinationem cum Facto confe-ramus. Sic nullo certe Jure juſtificari poſteſt, ſi in Contractu Locati Conducti Conductor licet Canonem ſuum rite ſolverit, nec aliam querulandi Causam dederit, e Locatione ante finitum Locationis Tempus ejici velit, certe in hoc Caſu Mandato ſine Clausula Lo-cus eſt, præfertim cum adeo ex Informatione impetrati compa-reat, nulla ad excusandam Injuriam Motiva legitima afferri poſſe. Si ergo Camera Imperialis, antequam Mandatum decernere vo-luit, amicam, & lenioribus Verbis conceptam *Ordinationem* præ-miſit, certe hicce procedendi Modus faltem ab Impetrato improba-ri non poſtuit (a).

(a) Conferatur *Ordinatio* de 29. Aug. 1760. ad Supplicam pro Mandato in Causa Johann Michael Müllers Bürgers und Schiffers zu Wertheim, contra den Herrn Fürsten und Grafen zu Löwenstein-Wertheim und Consoren: Auf Bericht und Gegenbericht n. j. b. abgeschlagen, sondern versichert man sich zu denen Herrn Beklagten, daß dieselbe in Anschung des von Supplicanten vorhin jedesmal ohne Klage ertrichteten Bestands, und derowegen Ausweis Adjunctorum Supplicie pro Mandato sub Nro. 2. & 3. beschworener Zusagen ihn für diesmal, jedoch denen Condominal-Rechten unabbrüchig, wie auch dahier fürwaltenden besondere Umständen, und zu Vermeidung aller ihnen, und dem Commercio darunter zu befahrene feindlichen Weitläufigkeiten bey dem ganzen Marktheif von Zeit erlöschenen vorigen Bestands auf 12. Jahr zu belassen, von selbst genugt sein werden; wo ansonsten dem Supplicanten, seinen weiteren Recurs an dieses Kaiserliche Kammergericht zu nehmen, ohnbenommen, sondern vorbehalten bleibt.

### § IL

Quid? quod ipsi Impetranti saepius magis per *Ordinatinem*, quam per Mandatum consulitur. En Exemplum: Absque Dubio Mandato sine Clausula vindicari potest, si Magistratus Officiales suos absque legitima Causa ab officio removeant, vel suspendant, ast durum quoque ex altera Parte videtur, illis homines, in quorum Personam nullam amplius Fiduciam ponunt, obtrudi, nec deerit forte Magistratus sive Dominus, omnes adnocendum Impetranti Occasiones arripiendi: Si itaque Medium aliquod detur; quo Domino Ignominia, servo vero Damnum avertatur, id certe rigoroso Mandato praeferendum erit (a).

(a) Eatenus legi meretur Decretum de 17. Sept. 1765. in Causa Syndici Beuerhaus, contra Bürgermeister und Rath der Stadt Dortmund:

Auf Bericht und Gegenbericht ist das gebettene Mandatum erkannt; Immittels und mit Aufhebung dessen Expedition versichert man sich zu beklagtem Bürgermeister und Rath der Stadt Dortmund, derselbe werde, ohne gedachtes Mandatum abzuwarten, das Beschwehr, mit Einziehung der gegen Supplicantens Principalen verhängten Suspension und Erstaltung



tung desselben bis hicher vorenthaltenen Salarii, samt dahin einschlagenden Utilien, von selbsten vollkommen heben, hingegen aber auch zu ermehrten Supplicantens Principalen, er werde in Vorgang dessen, mit Nachgebung fernerer Klage, gegen seinen fürgesekten Magistrat sich furohin subordinations-mäig betragen.

### § L.

Sapissime quoque in Causis Appellationum admodum salutare, & utrius Parti utilius est, per Ordinationem Res ita dirigi, ut Gravamen a Judice a quo sponte tollatur, sive Causa eo citius ad Finem perducatur (a). Quandoque enim Gravamen ex Parte Appellantis æque fundatum, ac Parti appellate ipsimet interesset videtur, illud brevi Manu tolli, ut deinde a Judice prioris Instantiae in Causa principali eo citius pergi, Causaque ad Exitum perduci possit.

Exemplo, quod nuperrime adhuc in Camera Imperiali continet, id clarius patet. Super Limitibus inter vicinas Communitates Lis orta erat; Actores in prima Instantia Testes producebant, quibus Intentionis suæ Probationem instituebant; Rei, antequam Testes reprobatoriales producerent, Articulos positionales prævio Juramento Dandorum proponebant, & illorum Responsionem juratam ab Adversariis petebant; Respondebant Actores se se jam tum Conscientiam suam per Probationem exonerasse, contra quem vero Rei opponebant, omnia illis ad reprobandum concedi debere Media, quæ actori ad probandum licita fuissent.

Lata dein contra Reos, ut nimirum præcise per Testes reprobatoriales se se defenderent, Sententia, Causa ad Cameram deferabatur;

Ex Informatione Judicis patebat, Modum Probationis per Articulos reprobatoriales in Judicio a quo usitatum esse, nec dici poterat, hocce Reorum Confugium præcise ad dilatandam Caufam, sed ad justam Probationem tendere: Ne igitur tota Causa, donec hæc-

hæcce Quæstio in Camera Imperiali ventilata atque decisa fuisse, suspenderetur, ad tollendum brevi Manu Gravamen loco decretorum Processuum Judici per Ordinationem merito rescriptum fuit (b).

(a) sic in Causa Juden Philipp Haimann, contra Jacob Rahle 21. Feb. 1755. ad Supplicam pro decennendis Processibus Appellationis, ordinatum fuit:

Auf Bericht und Gegenbericht n. z. z. abgeschlagen, sondern versiehet man sich zu Bürgermeister und Rath, daß derselbe das bisherigewiderrichtliche Verfahren abstellen, mit der Execution seiner Erkanntnuß vom 15ten Januarii 1753. innen halten, dahero den Prajudicial-Punkt des in Actis vor kommenden Lüneburgischen Leinwand-Handels, und des von Appellaten in Hamburg angeblich geschehenen Kaufs mentionirten Leinwands legaliter, und nicht tumultuarie, untersuchen, beide Theile darüber in Schriften ordentlich handeln, und auf Begehren ein- oder anderen Theils, die Acta ad Impartialies zum Rechts-Spruch verschicken lassen werde, indess Entstehung aber Supplicanti der weitere Recurs anhero zu nehmen, ohnbenommen, sondern vorbehalten bleibt.

(b) sic in Causa Veheser contra Tortrupper Markgenossen ad Supplicam pro Processibus Appellationis 18. Nov. 1775. decretum fuit:

Auf Bericht und Gegenbericht nochmalen abgeschlagen, sondern versiehet man sich zu voriger Instanz Richter, derselbe werde die Appellaten fordern zu eidlicher Beantwortung deren Positionum anhalten, widrigen Fällen denen Appellaten der Recurs an dieses kaiserliche Kammergericht ohnbenommen, sondern vorbehalten bleibt.

### § LI.

Maximo vero cum Fructu istæ Ordinationes in Causis Nullatum contra Statuum Dicasteria adhibentur (a). Cum enim hocce Sæculo Recursus ad Comitia ita frequens factus sit, ut non solum contra Sententias definitivas, sed quamprimum modo Proceslus aliquis a summis Tribunalibus decernitur, quo potentior Imperii Princeps sibi Injuriam affici reetur, confestim ad Comitia convolari, ac contra Injustitiam, Negligentiam, & nefcio, quæ Facinora

F

nora



nora supremi, quod judicavit, Dicasterii exclamari soleat (b) Tuti-  
tius semper *Ordinatio* præmittitur, qua contempta, si deinde Pro-  
cessus decernantur, omnis saltem querulandi Ocasio in Antecessum  
præscissa erit.

(a) Confer. *Ordinationem in Causa WILHELM BENEDICT SCHAUMBURG Kam-*  
*mer Consulanten und Amtmann zu Weymar, contra die Hoch-*  
*fürstlich Sächsische Oberverwaltung zu Sachsen Weymar*  
*de 22. August 1653.*

Noch zur Zeit abgeschlagen, sondern versichert man sich zu Fürstlich. Säch-  
sicher Oberverwaltunglichen Regierung, daß selbige in Conformatit  
fürstlichen Rescripts vom zeten October 1751, Supplicantens Principa-  
len mit seiner Defense genugsam hören, den Weeg Rechtes nicht  
hemmen, noch verzischen, sondern die Acta nach legaler Verhandlung  
und Beschluss ad Impartialia zu verschicken, von selbsts bedacht seyn  
werden; Widrigen Falls Supplicantens Principalen, sofern er die Pro-  
tractionem aut Denegationem Justitia, oder auch Nullitates substantia-  
les & insanabiles zufordrist mehreres darthun, und bescheinigen wird,  
derentwegen nochmalen auch diese kaiserliche Verordnung per Notarium  
gehörigen Orts zu insinuiren, und die Bescheinigung darüber bezubrin-  
gen wären, der fernern Recurs ohubenommen, sondern fernere ergehen  
solle, was Recht ist.

(b) Author *Diff. Mog.* cit. Loco § 17. PÜTTER *Patriotische Abbildung de-*  
*ren höchsten Reichsgerichte* § 37. & seq.

## § LII.

Cæterum haud opus est, omnes, quibus hæ *Ordinatones* in  
Lucem proveniunt, diversas Formas enumerare. Mox enim in-  
tegram Decreti mere prælocutorii structuram habenta (a), mox  
decreto pro Informatione annexuntur (b); nec refert, num ante,  
num post petitam Informationem decernantur, quemadmodum  
quoque nunc ante decretos Processus, nunc vero illis jam in Even-  
tum decretis emanant.

(a)

(a) Vid. Ord. quam supra § 7. not. d. ex BLUMII *Supplici* allegavi.

(b) Memorabile ejusmodi *Ordinationis* Exemplum contigit in Causa deren Kauf, und Handelsleuthe Johann Lange, und dessen Sohn Joh. Heinrich Lange zu Bremen contra den lobl. Magistrat daselbst, in qua ad supplicam pro Mand. de non extend. Privil. Cx. sub 18ta Aug. 1775. decretum fuit: N. z. i. abgeschlagen, sondern versichert man sich, daß Bürgermeister, und Rath der Stadt Bremen dem kaiserlichen Privilegio von 1576. gemäß, sich der Strafen, oder succumbenz gelden in Appellationsfachen in keinem andern Fall, als wo die Appellation von diesen R. E. G. als frivola erkannt, und der Apellant von denselben in die expensas litis dem Appellaten zu bezahlen, definitive fällig erschelet werden, anzumessen, fürohin bedacht seyn, auch die deme zuwider von denen Supplicanten exhortene Strafgelder denselben zurückzugeben, oder aber andern falls, und da ex Magistrat auf der Einsichtung deren Strafgelber im Fall eines erfolgten decreti simplieis processuum Denegatorii zu bestehen gemeinet wäre, seinen umständlichen Bericht diesem kaiserlichen E. G. einzuschicken ohnenthechein werde, als wozu demselben eventualiter 6. Wochen präfigirt und angesetzt werden, wo immittelb. demselben mit weiteren Vorschritten stille zu stehen anbefohlen wird.

Conf. quoque *Ordinationem* in Causa deren Augspurgischen Confession verwandten zu Biberach am Neckar, wider die Sockfürstl. Hoch- und Deutschmeisterliche Regierung zu Mergentheim in L. B. DE CRAMEK Obs. Tom. 3. obs. 793.

### S LIII.

Hæc de Praxi Cameræ circa *Ordinationes antecedaneas* sufficiant; ut vero earum non tam Usus conservetur, Partique imperanti proficuus sit, sed & omni, qui fieri poterit, Abusui præcaveatur, credimus hic præprimis tres illas Regulas strictissime observandas esse, quas supra § 25. 37. & 42. de decernendis *Ordinationibus* generaliter adduximus, de cætero autem pro obtinendo harum *Ordinationum* felici Successu suadendum esse,

I. Ut illis Terminus, in quo Pars impetrata, aut Judex a quo Impetranti satisfacere debeat, annexetur; Experientia enim docuit, miseros saepe Impetrantes per plures Annos spe Reparationis Impetratorum spontaneæ non sine maximo illorum Damno, remota omni Partitione, lactatos atque circumductos fuisse; durum e contrario, ac injustum videtur, si Impetrans nudum adversæ Parti Documentum Ordinationis absque Supplica, seu Libello Gravaminum insinuari faciat, ad illa enim quam plurimum ipsa Ordinatio se se refert; præterquam quod hocce Modo ipsa Partitione, si nesciatur, quid velit Parsimetrans, quodammodo impossibilis reddatur. Ipsæ denique Partes, pro quibus Ordinatio data fuit, illas quandoque plane non insinuant, sed ipsorum saepius interest causam in infinitum protrahi. Hoc ut evitaretur

II. Injungi posset, in ulteriori Supplicatione, prius de facta Insinuatione Ordinationis & Rerum eatenus ante in Camera exhibitarum doceri.

#### § LIV.

Tandem III. ipsa harum *Ordinationum antecedanearum* Natura suadere videtur, in Casu, ubi illis non paretur, absque ulterioribus ambagibus Processus, vel Mandatum decerni debere;posito tamen, quod Causa ad minimum ad hæc Processuum Genera qualificata sit, quo circa eadem, que in decernendis Processibus Deliberatio præmittenda esset. Ulterioribus Ordinationibus prius Partem adversam ad Partitionem moneri, non modo superfluum, sed & Parti Impetranti ob Protectionem Causæ maxime perniciōsum esse, credimus.

#### § LV.

Pervenimus nunc ad secundam Speciem *Ordinationum in causis extrajudicialibus*, illas nimirum, quas accessorias ideo vocavimus,

mus, quod concomitanter tantum cum aliis Processibus sive Citionis, sive Mandati, sive Appellationis emittantur.

### § LVI.

Multi variam, eamque justissimam hasce Ordinationes decernendi Occasionem esse, nemo non videt. Non raro jam ante decretos Processus emissis pravio Litteris vel a Judice a quo, vel ab ipsa Parte rea Informationem exigentibus annexantur. Sæpe Necesitas Legis, sive etiam prudens, & providum Judicis arbitrium exposcit, ut Camera, antequam petitis Processibus deferat, talen Informationem exigat, prout vel Leges, ut in Querelis Subditorum contra Dominos territor. id postulant (*a*), vel iustum circa illa, quæ Supplicans proposuit, Dubium, Gravaminiisque Obscuritas hoc desiderat (*b*). In utroque Casu arbitrio Cameræ relictum est, num Litteris Informationem exigentibus temporalem annexere velit Inhibitionem (*c*); quæ Inhibitio, cum revera *Ordinationi* æquipolleat, quin Loco Inhibitionis una cum decreta Informatione pro re nata etiam aliud quidpiam saltem provisorie & temporaliter ordinari possit, nemo inficiabitur. En ergo Fundamentum, quod hæ *Ordinationes* si non in ipsa, saltem in Analogia Legis habent apertissimum.

(*a*) R. I. N. § 105.

(*b*) PÜTTER *Introd. in Rem. Judiciar. Imp. Part. 1. L. 2. S. 2. §. 195.* TAFINGER *Infl. Jurispr. Cam. Sect. 4. Tit. 1. § 789.*

(*c*) R. V. de ao. 1713. § 11. Es wird im übrigen des Collegii Cameralis rechtlichem Ermessen überlassen, dem Schreiben um Bericht eine Temporal-Inhibition anzuhängen, falls eine offenbare Gefahr beym Verzug wäre, oder ein unerschöpfer Schaden dem Supplicanten, wenn solche inhibition nicht beigefügt würde: zugezogen werden mögte.

### F 3

### § LVII.

§ LVII.

Nec est, quod in hisce *Ordinationibus accessoriis* quendam facile verearis abusum. Nam cum vel Judicia quo, vel Parti reæ una cum Litteris Informationem exigentibus, aut una cum decretis Processibus Supplica quoque Impetrantis, ejusque adjuncta, quæ decreta Ordinationi ansam dederunt, transmittantur, & influentur, cumque vel in permitta Informatione, vel reproducunt Processibus Parti impetrante adversus decretos Processus liberum sit, si non Juris, saltem Facti, & Sub- & Obreptionis Exceptiones in Judicio proferre, certe in hisce *Ordinationibus* inauditus nemo condemnatur, imo potius in Facultate Partis reæ erit, una cum Exceptionibus adversus decretam Citationem, vel Mandatum, etiam adversus decretam *Ordinationem*. Exceptiones Facti non sic sed aliter Comparati proferre, quarum inventa Relevantia Camera non deerit Ordinationem emissam iterum caflare.

§ LVIII.

Quazvero ex altera Parte de eorum Necessitate, ac Utilitate in Specie deprædicari possunt, innumera sunt.

Apparet hoc statim in Causis Subditorum contra Dominum territorialem, ubi interea Temporis, dum informatio exigitur, illaque ad Cameram mittitur, & usque dum tandem Mandatum, vel plenarii Appellationis Processus, decernuntur, non raro sit, subditorum Calamitates ob sumptum ad Cameram Recursum ab eorum Dominis territorialibus duplo magis augeri, & durioribus illos Executionibus premi, aut saltem inceptum, jam Executionem continuari.

Brevi tempore igitur in tristia illa Bellorum intestinorum Fata incidemus, nisi tali Casu Domino territoriali statim, antequam informatio exspectetur, Manus ligarentur. (a)

(a)

(a) Sic in Causa des Grundes Seel- und Burbach contra Sayn-Hachenburg ad Supplicam der Unterthanen pro Mandato 23ia Martii 1754. Ordinatum fuit: Noch zur Zeit abgeschlagen, sondern solle der Beklagten Sayn-Hachenburgischen Kanzler, um hierüber ihren umständlichen Bericht innerhalb vier Wochen, von Zeit der Insinuation an zu rechnen einzuschicken zugeschrieben werden, immittelz aber die eingezogene Militarische Execution bis auf anderweite dieses Kaiserlichen Kammergerichts-Verordnung abgenommen werden.

### § LIX.

Nec opus est, ut Justitia Causæ quoad singula objecta, propter quæ Subditi contra Dominum territorialem Querelam movent, statim ex prima Supplica evidenter appareat, contingit enim quandoque factum tantum quoad Punctum principale iustum, aut saltem dubium videri, in modo tamen evidenter excessum esse; Necesse igitur est, hosce Excessus provisionaliter corrigi E. G. Arrestati sanitatis suæ nimium Detrimentum patiantur (a). Aut nimis duris Incarcerationibus in Causa civili, præsertim, si Cautio sufficiens offeratur, contra Subditos procedatur (b); non raro etiam contingit, ut Ratio Boni publici, ne V. G. Commercia sistantur, ejusmodi Ordinationem desideret (c). In omnibus hisce Casibus Cameram una cum Litteris informatorialibus, recte quidquam per Modum Provisorii ordinare posse quivis cedet?

(a) Ex hac Ratione in Causa Thurbayerischen General-Majors von Plessen, contra die Mecklenburgische Regierung ad Supplicam pro Mandato de relaxando Arresto erga præstitam Cautionem sufficiëntissimam sub 11. May 1765. Decreto pro Informatione annexa fuit Ordinatio sequens: Inzwischen aber versichet man sich zu dem Herrn Herzogen, derselbe werde den Arrest leidlicher, civiler, und Standsmässiger einzurichten, und Klägern an der Leib-Geſundheits-Pflege nichts abgehen zu lassen, von selbst geniegt seyn.

Pari-

Pariter in Causa *Syndicorum* deren Herrschaften Dachstuhl und  
Schwarzburg contra den Herrn Grafen zu Gettingen 25. Sept.  
1758. decretam:

Noch zur Zeit abgeschlagen, sondern solle Beklagten Herrn Grafen, um  
hierüber seinen umständlichen Bericht innerhalb 6. Wochen, von Zeit  
der Information an zu rechnen, dem Kaiserlichen Kammergericht verschlos-  
sen einzuschicken, zugeschrieben werden; dann verscher man sich zu er-  
mehlen Grafen, es weder derselbe Inhaftire, nach per Arresta genü-  
sam vollzogener Straf, wann kein anderes Bebenken vorwalte, zu re-  
laxiren von selbsten geneigt seyn.

(b) Ejusmodi Ordinationis Exemplum assert Author cit. Diss. Mog. de Ord.  
§ 67.

(c) Huc referenda est illa, que in Causa Michael Müller, Burgers und  
Schiffers zu Wertheim, contra den Regierenden Herrn Für-  
sten zu Wertheim, und Dero nachgesetzte Hoffammer, 13ta  
Aug. 1759. emanavit: Noch zur Zeit abeschlagen, sondern solle dem  
Herrn Beklagten, um hierüber seinen umständlichen Bericht  
zugeschrieben werden, immittelbaber Suppliavit bey dem quaestoritaren  
Mehschif, bis zur anderweiten dieses Kaiserlichen Kammergerichts Er-  
kanntnis ruhig belassen, und zum Nachtheil des Commercii diesfalls  
keine Verhölung der Schiffahrt vorgenommen werden.

## § LX.

Non habent etiam, quod contra istas *Ordinationes*, Quere-  
las moveant Domini territoriales; si enim Casu, quo de Jusititia  
Petitionis evidentissime constet, aut urgentissimum in Mora Peri-  
culum prostet, ipsum Mandatum cum Transgressione prius exi-  
genda Informationis decerni valeat, certo non irritari possunt,  
si Camera, cum Informationem petit, ad præcavenda Damna ir-  
reparabilia simul Ordinationem annexat; Intrat enim & hic toties  
ad Ordinationem.

## § LXI.

## § LXI.

Quod vero Camerae Imper. Manus ligatae non sint in Causis Subditorum contra Dominos Territ. satis liquidis, ita ut quandoque remota Petitione informationis Mandata decernere possit, tam Series, quam ipsa Verba Legum convincunt; si enim eas evolamus, videre est, ab initio Status Imperii tantum conquestos esse, quod Camera Imperialis tam facile absque prævia Informatione Juramenta ad Effectum agendi relaxet (*a*); & licet nihil quidem ab initio eatenus statutum fuerit, Ansam tamen dederunt hæ Quærelæ, ut in insequenti Receſſu Visitationis (*b*) necessitas Informatio-nis a Magistratibus exigendæ, quoad hunc specialem Casum intro-duceretur. Nequidem longe posterior huic Receſſui O. C. de anno 1555. illam ad illos Casus extenderat (*c*). Et quanquam Memoriale Visitationis de anno 1568. (*d*) generaliter de omnibus Causis Subdi-torum contra Dominos Territ. mentionem faciat, non tamen Ver-bis præceptivis utitur, sed Consilium tantum exhibet, quæ inten-tio non solum ex Verbis: nicht leichtlich, sed etiam ex infuscato po-ſtea Receſſu Imperii (*e*) non obscure eruitur. Novum quidem hic iterum dubium causare possent Verba, quibus Concept. O. C. hanc Legem refert (*f*); opportet tamen & respicere, quod Verba illa: *necessaria Informatio*, in posterioribus Legibus (*g*) iterum om-missa sint, & apertam, si illis Vis Necesſitatis absolutæ demonstrati-va tribui vellet, Contradictionem involvant. Nec obſtant etiam varia Capitulationis Cæſareæ Loca (*h*), ubi Mandata, Decreta, & Proceſſus absque Informatione lata, pro nullis declarare pro-mittit Imperator, imo liberum relinquit ejusmodi Mandatis impu-ne non pareri. Paragraphi enim iſi ex antecedentibus, ad quos fe referunt, reſtrictam, noſtræque Opinioni minime contrariam interpretationem accipiunt (*i*).

(*a*) R. I. de ao. 1530. § 92.

(*b*) R. Vis. de ao. 1531. § 22.



- (c) O. C. de 1555. p. 2. Tit. 24.
- (d) Mem. Vif. de ao. 1568. § 1.
- (e) R. I. de ao. 1594. § 79. In Rec. dep. de ao. 1600. § 9. demum hæc Necessitas inform. ad Causas Pauperum expresse extensa fuit.
- (f) C. O. C. p. 2. Tit. 25. § 3.
- (g) Rec. Imp: Nov. § 105. & R. V. de 1713. § 10.
- (h) Art. 15. Capit. Nov. § 5. Art. 19. § 7.
- (i) Sic § 5. Art. 15. ex præcedenti § ubi de Causis politicis loquitur, & § 2. Art. 19. ex § præced. quæ se ad R. I. N. 105. refert, Explicationem accipit.

## § LXII.

Ast si quoque infinitam Informationis petendæ Necesitatem  
 (a) admitterem, usum *Ordinationum* tamen Cameræ Imperiali semper relinquerem. Hujus enim Usus expresse permittitur (§ 56. supra); qui enim inhibere potest, cur illi *ordinare* prohibetur; Nec valet Argumentum negativum a Mandato ad Ordinationem; Imo profunt quoque & ipsis Dominis Territorialibus ejusmodi Ordinationes; ipsis enim per has non raro etiam salutariter prospicitur, ne Subditi sub Prætextu Litis Pendentiae, & donec Camera quid deciderit, omnia plane Servitia denegent, debitæque se se Obedientiae penitus subtrahant (b).

(a) id quod Concl. Vis. de 1ma Februar. 1767. videtur innuere.

(b) sic in Causa deren Bernburgischen Unterthanen contra den Herrn Fürsten sub 17. Martii, & 6. April. 1767. ordinabatur: daß jedoch imployrantsche Unterthanen den ihrer Herrschaft schuldigen Gehorsam leisten, und sich in Præstatione Collectarum ordinariarum nicht faumselig finden lassen sollten.

## § LXIII.

## § LXIII.

Si deinde sive status Imperii, sive eorum Dicasteria in danda ab ipsis exacta informatione morosi fuerint, neque *Ordinationi* pareatur, credimus æque ad Exemplum, ejus, quod fit in inhibitionibus temporalibus, Cameram Imperiale tunc ulterioribus, imo penalibus *Ordinationibus* Partitionem Prioris *Ordinationis* urge-re posse (a); Leges enim Imperii expresse statuant, petitum Mandatum in Contumaciam non informantis decernendum esse (b), neque præscribunt Praxin Cameræ modernam Supplicantem adstringendi, ut informationem a Judicio a quo prius ipsemet requirat, sed potius Moram tantum in non informante, aut eatenus Prorogationem non petente Judge quærendam esse jubent (c); Multo minus igitur lenior haec Via, quæ Facultatem informandi adhuc relinquit, improbanda erit (d).

(a) ex hac Ratione, dum nec petita Informatio, nec Paritio *Ordinationis* inscuta fuit in Causa **Grundes Seelbach** contra **Sayn Hachenburg** (Vid. § 58.) ad ulteriorem supplicam 4. April. 1754. decretum fuit: *Ist das gebetne Mandatum de manutenden noch zur Zeit abgeschlagen, sondern wird der Beklagten gräflich Sayn Hachenburgischen Kanzley der unterm 23ten nächst vorigen Monats ergangenen dieses kaiserlichen Kammergerichts Verordnung, absonderlich mit Abnehmung der inzwi-schen eingezogenen Militarischen Execution und Restitution deren allenfalls abgenommenen Ochsen und Pferden, jedoch Salvo Jure Cujuscunque, schuldige Folge zu leisten, auch mit weiterer Execution gegen dieselbe nicht zu verfahren, anbefohlen.*

Eadem *Ordinatio* deinde 10. Aprilis sub Comminatione Pœnae 6. Marca-rum Auri puri repetita fuit.

(b) R. V. de anno 1713. § 11.

(c) ibid. § 10.

(d) alia, ad eundem Finem tendens, sed mitior quodammodo Methodus fuit, qua Camera in Causa **RUCKEROTH** contra **Grafen von Neuwied**

usa fuit, & 31. Jan. 1760. decrevit: Noch zur Zeit abgeschlagen, sondern wosfern Supplicant, daß sein Principal sich um Schabung des Be- richts weiters gemeldet, darin aber enthdet worden, glaubhaft beschle- nigen wird, soll weiters ergehen, was Recht ist; dann wird dem regie- renden Herrn Grafen indeß, von allen Thätilkeiten abzusuchen, und in Gefolg Decreti Cameralis vom 3ten Dec. diese fröttige Rechtsache ungesäumt zur Endschafft zu beschleunigen; widrigenfalls, und in dessen Entschzung, das nachgesuchte Mandat, ohne weitere Nachsicht, erkannt werden solle, aufgegeben.

## § LXIV.

Non tantum vero in Causis, ubi a Comparte Informatio peti-  
tur, sed etiam quando a Judice inferiore illa exigitur, Ordinatio-  
num Usus se se ostendit, omnesque credo hic posse intrare Casus,  
ubi Judex alioquin quid provisorie statuere possit (a). Nec enim  
Ordinatio semper Favorem Partis impetrantis respicit, imo dantur  
Casus, ubi Judici a quo in Favorem Appellatorum interim ulterius  
procedere, recte permittitur (b).

(a) Hos Casus examinat HARPRECHT AB HARPRECHENSTEIN in Dissertat. De  
necess. ac util. Remediis prov.

(b) Sie in Causa Salomon Israel Brandon & Conf. contra die Älteste der Ju-  
denschaft Portugiesischer Nation zu Hamburg, ad Supplicam pro  
Processibus Appellationis 18. Januarii 1759. decreturna fuit: Noch zur  
Zeit abgeschlagen, sondern solle Richtern voriger Instanz, um über dieser  
Sachen Beschaffenheit ihnen umständlichen Bericht innerhalb 6. Woche  
von Zeit der Infiruation an zu rechnen, einzuschicken, immittelb. aber  
Appellanten zu prompter Eilegung deren bis jetzt rückständigen Con-  
tributionen und zu deren ferneren Bezahlung nach dem alten Fuß  
pendente Lite, und bis auf dieses kaiserlichen Kammergerichts weitere  
Verordnung, durch gebührende Zwangs-Mittel anhaften zu lassen, zu  
geschrieben werden.

## § LXV.

## § LXV.

Æque frequentes & justæ sunt *Ordinationes*, quæ juxtae decretos Processus decernuntur, illosque quasi comitantur. Quis enim denegabit Camerae Imperiali Potestatem, in Causis E. g. Citationis ad videndum dividi Hæreditatem Paternam, Filio contra Testamentum Patris agenti Alimenta & Sumptus Litis provisorie adjudicandi. Sic quoque in Causa Citationis ad videndum deduci Petitorium, recte Ordinatio annexatur, ne Cursus Executionis Sententiae in Possessorio latæ impediatur, aut suspendatur (a)

(a) Hinc in Causa des regierenden Herrn Grafen von Lippe Dettmold, contra dessen Frauen Gräfinnen Schwestern ad Suppliciam pro Citatione ad videndum deduci Petitorium &c. 1. Februarii 1763. decretum fuit: Ist die gebete Citation, jedoch dem in Causa Mandati de praestans Alimentiis &c. cum Claustra inter easdem unterm 21ten Junii vorigen Jahrs ergangenen Mandato de exequendo unnachtheilig, und unaufhaltlich, erkannt.

## § LXVI.

Pari modo Citationi ad videndum deduci Nullitates insanabiles Inhibitio quandoque annexanda est, ne Judex a quo interim in Causa procedat, Nullitatesque commissas novis & forte majoribus non sine maximo quandoque irreparabili Supplicantis Damno augere præsumat (a).

(a) Regulariter quidem, inquit L. B. DE CRAMER *Obs.* Tom. I. Obs. 36. Cito super Nullitatibus absque Inhibitione decernitur ob Præsumptionem pro Judice militantem, quodsi tamen Nullitates aperte esse videantur, Præsumptio illa Veritati cedit. Annexam ex hac Ratione Citationi Inhibitionem in Causa H. contra H. de 11. Feb. 1659. reserv, RODING, in *Pandæt. Cam. Lib. I. Tit. 21. § II.*

## G 3

## § LXVII.

## § LXVII.

Sic quoque in Causis Appellationum *Ordinationes Accessoriæ* quam maxime proficiæ sunt, præcipue, si Bonum publicum illas exigere videatur (a), unam tantum ne justo diutius in allegandis Exemplis commorer, afferam Ordinationem, ubi Judicis quo singularis Cura commissa fuit, ne ab Hereditate, de qua litigabatur, quidpiam pendente Lite interverteretur (b).

(a) Qua ex Causa (inquit MEVIUS L. VII. Dec. 51.) quidpiam Rempublicam contingit, Cura debet esse Judici, ut Processus decernendo obseruet & prospiciat, ne quid Detrimentum illa capiat, nec exspectandum, donec Judex de eo, in quo publicæ Res in Discrimine versantur, admonetur, & Remedium petatur, sed etiam non imploratus ex Officio providebit, quod fieri potest & solet, Provisionali Decreto praescribente, quid interea pro avertendo Damno fieri debeat.

(b) Provisum defuper fuit in Causa Königlichen Carthaus zu Vallon in Savoyen, contra die verwittigte Monet modo verheurathete Frau Belli zu Frankfurt, ubi ad Supplicam pro Processibus Appellationis zoma Aprilis 1759. decretum fuit: Seynd die gebetene Appellations-Processe erkannt, dann wird dem Magistrat zu Frankfurt aufgegeben, Obsorg dahin zu tragen, damit von der Monetischen Erbschaft, Lite in Camera Imperiali pendente nichts möge veräussert und verbracht werden.

## § LXVIII.

Innumeræ alias *Ordinationes* quibus, quæ indicata sunt, attentata, celeriori, & faciliori, quam ipsa Mandati Via, reprimi ac vindicari solent, plane prætero; animadvertam tamen, *Ordinationes* has quandoque unicam Viam esse, attentata Judicis a quo inhibendi.

Sic, quamvis in Camera Imperiali Stylus vix non continuus observatus fuerit, quod, antequam Apellatio per Exhibitionem Li-

Libelli Gravaminum justificata sit, nunquam Mandatum attentatorum revocatorum decerneretur (a), saepe tamen fit, Appellantem ob Brevitatem Temporis, aut ob impedimenta sui, cui Causam commisit, Advocati, Exhibitionem Libelli citius procurare non posse; quo Casu revera durum foret, interim ea, quæ facta sunt, & porro cum comminatione imminent attentata, non reprehendi; unde potius observationis & imitationis digna sunt, quæ nobis in Contrarium obvenerunt Prajudicia (b).

(a) L. B. DE CRAMER Obs. Tom. 4. Obs. 1008. Ratio forte est: quod videndum prius esse credatur, an Appellatio justa sit nec ne, FRID. MINDANUS Libro 2. de Mandatis Cap. 27. Num. 2. & 6. Verum Appellatio ipsa per se suspendit Judicatum, ideoque exinde, quod fecus sit, attentarum est, quod non modo revocari, sed & inhiberi potest. GAIL. Tom. 1. Obs. 144, N. 2. Confer. R. V. N. § 49.

(b) Tali igitur in Causa quoque *Ordinationibus* proceditur, veluti factum in Causa Görds contra Bürgermeister und Rath der Reichstadt Aachen, ubi ad Supplicam pro Mandato attentatorum revocatorio 28va Februarii 1763. decretum fuit: Noch zur Zeit abgeschlagen, sondern wirb Supplicant zu förmlicher Einführung seiner Appellation angewiesen, inzwischen beklagtem Stadt-Magistrat sich währendem Lauf der Fatalien alles executiveischen Versfahrens zu enthalten, alles Ernstes anbefohlen.

Ad ulteriorem dein Supplicam iterato sub 15. Martii decernebatur: Noch zur Zeit abgeschlagen, sondern läßt man es bei dem unterm 28ten Februarii jüngst hin ergangenen Decret bewenden, und wird beklagtem Stadt-Magistrat, wie auch der Neumannskammer, der gedachten Decret angehängten Inhibition gehorsamlich zu geleben, und die eingelegte Execution, bis auf weitere dieses Kaiserlichen Kammergerichts Erkennniß, abzuführen, anbefohlen.

### § - LXIX.

Unica adhuc supereft Quæfio: si nimirum inter plura Gravamina unum deprehenditur ita evidens, ut ad illud excusandum  
nul-



nullum supereffe videatur Refugium; an Camera Imperialis in tali Casu decretis de reliquo Processibus Appellationis hoc Gravamen brevi Manu per *Ordinationem* tollere possit? Affirmativam Rationi & Praejudicis conformem existimo. Nec obstat objec<sup>tio</sup>, quod Judici non sit permisum inaudita altera Parte, condemnatoriam ferre Sententiam, quodque ille sinistris Impetrantium Narrationibus facile circumveniri possit. Contra hæc enim dubia jam supra (§ 57.) animadverti, semper adhuc remanere Parti impenetratae Facultatem, contra talem *Ordinationem* Exceptions suas proponendi, adeoque minime tale Decretum pro Sententia habendum esse, sed tantum Punctum illud accidentale in ordine, ut defuper celeriori modo cognosci possit, præparari. Ad præcavendas tamen, quibus callidi sæpius Advocati abutuntur, fraudes non spernenda est cautela, si Camera in talibus circumstantiis prius a Judice a quo informationem exigat.

(a) Sic in Causa *Paurfeint* contra *Hæredes Josephi Tanvini* 15ta Novembris 1758. decretum fuit: Petitos Appellationis Processus decernimus, Judici a quo, ut posita ab Appellante in reliquis ejus Bonis sufficiente Cautione sequestrum suspendat, & tollat, injungentes. Confer. L. B. DE CRAMER Obf. Tom. 2. P. 2, Obf. 666.

### § LXX.

Majoris fane Praejudicij est, si inter plura Gravamina, quæ Pars appellans allegat, Camera Imperialis unum, aliudve eligat, super quibus Processus decernat, reliqua vero expresse rejiciat, & quoad illa Sententiam a qua exequendam esse ordinet.

Nec tamen illud in Genere improbari potest (a); & quidem eo minus, cum Pars appellans sibi ipsum imputare debeat, quod Grammina sua, quæ tamen aliquo modo probare debuisset (b), tam irrelevanter proposuerit. Quod si autem appellans tali Decreto denegatorio non acquiescere, sed pro Justitia Causæ meliorum

rem Fortunam exspectare præsumeret, tunc prospiciat sibi ultioribus Mediis, quæ Legibus concessa sunt (c).

(a) Factum id in Causa *Gebrüderen de Bassompierre contra Carl Behagel* per Decretum de 25. Sept. 1762.

Sind die gebetene Appellations-Processe wegen des 2ten, 3ten und 5ten Articuli Sententia a qua erkannt, wegen denen übrigen Puncten aber abgeschlagen, und respective verordnet, daß Judge a quo, und Appellant, dem Appellaten Carl Behagel, seine Kinder auch außerhalb Frankfurt nach Offenbach ausfolgen lassen, nicht weniger provisionaliter die 300. fl. für ihn, auch weiters zu Unterhaltung deren Kinder jährlich 200. fl. ausbezahlen solle.

(b) R. I. N. § 64.

(c) O. C. de 1555. P. 1. Tit. 22. § 3. & Tit. 10. § 4. Cam. decret. de 27. Nov. 1539. § 2. C. O. C. P. 1. Tit. 14. § 9. & Tit. 22. § 14.

### § LXXI.

Tandem ipsis Mandatis aliquando etiam *Ordinationes* annuntiantur, ne nimis extensa alias illarum Petatio & Significatio novis abusibus ac turbis Occasionem præbeat.

Maxime id iterum accidit in Causis subditorum contra Dominos territ. & vicissim. Non satis caute in ejusmodi Causis procedi potest, de operis enim & Contributionibus insolitis (inquit LUDOLFF (a). Sæpe conqueruntur subditi, & Mandata impetrant, sed tunc iis ita abutuntur, ut Dominis suis omnes Præstationes negent, intelligentes Præceptum juxta intentionem suam, quæ erat plerumque omnes Præstationes pro insolitis habere velle; e contra etiam quandoque, si Dominus territ. contra subditos inobedientes Mandatum impetrat, ne in Executione dein excedat, Monitum aliquod salutare annecti solet (b)

(a) *Syst. J. C. Sect. 1. § 10. N. 39.*

H

(b)



(b) Sic in Causa des Herrn Herzogen zu Arenberg, contra die Gemeinde Kerpen und Casselburg, sub 27. Nov. 1755. Mandatum de præstando debitam obedientiam &c. decretum fuit:

Jedoch, daß die Executions-Mannschaft bis auf 20. Mann sofort abgenommen, auch die Gefangene, sobald sich die Unterthanen zum Gehorsam und Zahlung deren ausgeschriebenen Landsteuern willig erklären, losgelassen, auch die Mannschaft abgeführt werden solle, bekannt.

### § LXXII.

Interim hisce Utilitatem Ordinationum accessoriarum, Casusque, in quibus procedere possint ac debeant, satis demonstrasse spero; ut vero omni, qui timendus foret, abusui & hic praecavetur, præter Regulas generales, quas supra (§§ 25. 37. & 42.) indicavi, adhuc sequentes proponere liceat.

### § LXXIII.

I.) Omnes, quotquot ex hacce Specie adduxi, Ordinationes, revera non nisi provisoriae sunt; consultum igitur foret prospici ne id, quod ejusmodi Ordinationes præcipiunt, Causæ principali, quæ circumspectiorem ac ampliorem Cognitionem desiderantur, nocere possit, sed ut in illis semper Limites Provisorii obser ventur.

II.) Analogia Legum (a) convenire videtur, ut tales Ordinationes quamprimum per informationem Judicis a quo, aut Partis adversæ Exceptiones sub- & obreptitie impletatæ deprehendantur, statim sive per Decretum, sive per Sententiam cassentur, prout nimirum vel ante vel juxta decretos Processus Ordinationes emanarunt.

(a) R. V. de 1713. § 11 in Fine. Wann nun ein Berichtschreiben eingelangen, hat das Kammergericht zum allersehnigsten und fürversamsten darum Verordnung zu thun, und, nach Gutbefinden, entweder die Temporal-inhibition alsobald aufzuheben ic.

### § LXXIV.

## § LXXIV.

Quomodo vero juxta *Ordinationis Cassationem*, vel circa ulteriorem ejus in Casu non Partitionis Prosecutionem procedendum sit, ulterius suadere licet.

Duo potissimum distinguendi sunt Casus; vel enim Exceptiones plane nullæ, vel irrelevantes adsunt, vel Motiva relevantia opposita sunt, cur *Ordinationi* non parendum esse videatur.

Ne tamen Pluralitate Distinctionum confundamur, de illis *Ordinationibus* primum agendum erit, quæ Decreto pro informatione annexæ sunt.

## § LXXV.

Si plane nullæ (a), aut irrelevantes Exceptiones propositæ fuerint, Processus decerni posse, certum est (b). Decretis itaque Processibus ea ipsa *Ordinatio* ulterior sine Hæsitatione annexæ poterit (c); probe tamen hic iterum secernendum est, an a comparte, an vero a Judice prioris Instantiæ Informatio exigatur. In primo Casu Comminationem Pœnæ accedere imo, ut in Termino de Partitione doceatur, præcipi posse credimus; Pars enim ad proferenda, si quæ fuerint, satis Occasionis habuit.

- (a) Suppono, nullas contra *Ordinationem* producendas esse exceptiones; si enim in danda informatione omnimodo contumax fuerit, Judicis arbitrio relinquendum est, annon novum prius adhuc Terminum ad informandum præfigere, illique ulteriorem, imo pœnalem *Ordinationem* annexare malit.
- (b) Si enim contra *Ordinationem accessoriā* nullæ præfio sint Exceptiones, certo illæ in Causa principali deerunt.
- (c) In Causis Mandati, si illud decernatur, omnem latæ ante *Ordinationis repetitionem* superfluam esse, per se patet.



### § LXXVI.

Aliud vero foret, si Judex prima instantia informare debuerit; Ibi enim non tam severe procedendum est; Pars enim impetrata illius Contumaciam, aut forte in proponendis Rationibus inertiam luere non poterit, sed fatis incommodi ex inde jam sentit, quod Proceslus decernantur. Simplicem itaque hic tantummodo repetendam esse Ordinationem putamus, ut & Parti impetratae Occasionem dandam esse, suas, si quas forte habeat, Exceptions, legali modo proponendi.

### § LXXVII.

Ast si relevantes respectu *Ordinationis* propositae per informationem Exceptiones reperiantur, Analogia Legis (§ 73. supr. not. a.) citatae suadere videtur, remota Communicatione informationis emissam Ordinationem statim cassari, Vigorem Ordinationis vero tantum in eo casu continuandum esse, si informatoriales non adeo relevantes videantur; ad quod etiam in concedenda Communicatione ad contra informandum quam maxime attendendum erit (a).

(a) Supponendum igitur est, quod Litterae informatoriales, quamprimum in Camera exhibentur, statim legantur, & aliter nunquam communicentur.

### § LXXVIII.

Diversa autem prorsus Ratio habenda est cum *Ordinationibus*, quae juxta Proceslus decernuntur; ibi enim, si Exceptiones contra illas opposuerit Pars impetrata, de Relevantia illarum judicialiter cognoscendum est; an scilicet Paratio Ordinationis per Sententiam injungenda, an vero illa cassanda & annullanda sit. Credimus tamen & hic, Punctum, quod obiectum Ordinationis est, ex Analogia R. V. N. (a) non cum Causa principali, sed separatim & celeriori

riori modo merito tractandum; ac finiendum esse, quem in finem Camera Imperialis Terminum legalem respectu Ordinationis abbreviare poterit (b). Hocce modo si procedatur, nullas unquam credo, justas contra illam *Ordinationem* Querelas nascituras fore.

(a) R. V. N. § 59.

(b) CRAMER Obs. Tom. I. p. 415.

### § LXXIX.

Quod concernit tertiam Speciem *Ordinationum* in Causis extra-judicialibus usitatarum, *Principales* ideo appellavillas, (§ 4.) quod in Locum alterius petiti Processus Generis substituantur, siveque solaë Theatrum aperiant. Hæ sunt illæ *Ordinationes*, quæ maximam querulandi ansam dederunt, quasque, ut accurata Tractatione determininem meæ Vires haud sufficiunt. Ex una enim Parte se exhibent maximi ponderis Rationes, quæ earum abolitionem suadent; nec ex altera Parte defunt æque graves Causæ, quæ pro illis retinendis strenuissime decertant. In eo quidem convenient Plurimi, illas sub ea Ratione, quæ hactenus usitata fuerat, permanere haud posse; At difficile est, earum Usum, Viam, ac Modum determinare. Huic quoque Labori incumbunt modo Viri Dotissimi, qui longiori Experiencia ducti non deficient, eatenus Leges saluberrimas, modernoque Rerum statui accommodatissimas proponere.


### § LXXX.

Cum tamen mihi semel proposuerim totum *Ordinationum* Ambitum, singulasque earum Species percurrere, sic meum quoque salvo meliori, de hac *Ordinationum* Specie, Arbitrium propone-re oportet.

Ut vero eo tutiori Passu incedam, primum Casus, in quibus hasce *Ordinationes* in Camera hactenus decerni consuevit, & Modum circa illas observari solitum enarrare oportet.

H 3

Quam



Quam maxime autem illas in Causis Appellationum obtinuisse expertum est. Accidebat enim non raro, quod Causa aliqua vel ob Defectum summæ appellabilis, vel propter deficientem aliam essentialem Qualitatem appellabilis non esset, Gravamen tamen ex Supplica Appellantis quodammodo evidens videbatur; Referens Appellantis infortunio commotus, Remedium aliquod excogitabat, quomodo Oppressum nihilominus adjuvare posset; Denegatis itaque Processibus *Ordinatione per Verba*: *Jedoch versiehet man sich ic sententiam a qua reformabat (a)*. Hanc procedendi Rationem non parum facilitabat Sententia: non esse inspiciendam Quantitatem, sed iniuriam Privationis.

(a) L. B. DE CRAMER *Obf.* Tom. 2. p. 2. part. 555.

(\*) Minime vero, ut supra (§ 29.) jam animadverti, *huc referendæ sunt Ordinationes*, quibus Judici a quo aliquid præcipitur, veluti Administratio Jusitiae, ad quod cæteroquin jam obligatus est. Huc quoque spestat Notabilis quædam *Ordinatio*, qua denegatis Processibus salutare tantummodo Monitum Judici a quo datum fuit. Causa Delictum spectabat, ubi Judæus Conversam, quæ antea Judæa fuerat, adulterii accusabat, & in hujus Probationem Testes Judæos produxerat; Rea Exceptionem vulgatam, quod Judæus contra Christianum testari non posse, opposuit, quam J. Conf. Tubingenses admiserant, J. Conf. vero Altorfenses tanquam Judices secundæ Instantiæ rejecerant. Causa ad Cameram delata placuerunt Rationes decidendi ultimæ sententia: quod nemirum Judici futuro salvum adhuc remaneret Arbitrium, Elogii Testium quantam veller Fidem adhibere. Ne vero id imposterum ex Fallo supponito, Testes scilicet semel esse admisso, iterum negligenter, denegatis Processibus *Ordinatio* annexa fuit; Inde in Causa *Schwabisch contra Juden Oppenheimer*, ad Supplicam pro Processibus decreta fuit 23. Sept. 1760.: Abgeschlagen, und wird Judici a quo, mit dem Zeugen-Verhör fürzuschreiten, jedoch salvis Exceptionibus, und daß derselbige, bei künftig verwickelnden Acten dem extraneo Judici auf sein Gewissen nachdrücklichst empfehle, auf vorgedachte Exceptions contra Personas & Dicta Testium, wie es die Rechte erforderen, in decidedo allen rechtlichen Verdacht zu nehmen, aufgegeben.

§ LXXXI.

## § LXXXI.

Altera Occasio erat, ubi ob Causæ Qualitatem Processus quidem sine Dubio decerni potuissent, attamen, quod Gravamen evidens videretur, absque longis Appellationum Ambagibus ad illud de simplici & plano tollendum procedebatur. Talis *Ordinatio* dein omnino vim Reformatioræ habebat, & in Ejus Locum succedebat (a).

(a) Plurima ejusmodi Ordinationum Exempla invenies apud LUDOLFF in appendice 6ta ad Comm. Syst. de Jure Cam.

## § LXXXII.

Nec infrequens erat quod factō ad Mandatum sine Clausula qualificato, Camera Imp. tamen sæpius convenientius esse arbitratur, si loco Mandati Ordinationibus procederet; Noverat scilicet, Principes Imp. sæpius Mandatis irritari potius, quam iis parere, nec semper per Mandata arctiora, ipsumque Mandatum de execundo misero impetranti succurri posse, præsertim cum ipsam Executionem præcipue contra Potentiores difficultem & lentam esse, Experientia doceat, quanquam &, in Casibus, ubi loco Mandati cum Clausula; quod ob obstantes Austregas decerni non poterat, per *Ordinationes* abusus committi esse ferantur.

## § LXXXIII.

Quam bona vero, ut plurimum Judicantium Intentio fuerat, non poterat tamen abesse, quin plurimæ exinde nascerentur Inconvenientiæ, Præterquam enim, quod illi Jurisdictionis Limites sæpius transgredierentur, quam maxime inconveniens erat, quod Pars appellata plane inaudita condemnaretur; & licet etiam supponam Causam in Libello Gravaminum propositam Judici justissimam vitam fuisse, negari tamen non potest, Partium Supplicatiōnibus

¶ ¶ ¶

nibus antequam Exceptiones adversariæ apparuerant, scrupulissimum, inque indaganda Veritate solertissimum Judicem quandoque circumventum fuisse; Ad hasce autem opponendas Parti impetratae vix non omnis Occasio deerat. Ordinatio enim ejusmodi nunquam reproducebatur, nec ob deficientem Citationem reproduci poterat. Imo impetrans saepe, id quod sane contra omnem bonam Fidem erat, nudum solummodo Documentum Ordinationis, retenta vero Supplica, & retentis Adjunctis, insinuari curabat.

Plane itaque Impetratus postmodum, cur contra ipsum pronuntiaretur, nec quas refellere debuerat, Adversarii Rationes, nesciebat.

#### § LXXXIV.

Ulterior procedendi Norma in confusum omnino Chaos abibat, impetrans ipse nullam Viam legalem habebat, qua ordinatio Partitionem urgere poterat; Coepio igitur Tramiti insistere debebat, *Ordinationes* ulteriores pœnales, denique Mandatum de exequendo, omnia extrajudicialiter decernebantur, Parte altera semper inaudita remanente. Exceptiones, quas forte extrajudicialiter afferebat impetratus, haud raro Effectu carebant; nunquam enim in Causis extrajudicialibus Acta integra in Cancellaria asservantur, sed Pars impetrans sua Exhibita, dum Decretum obtinuit sibi semper retradi curat, quod de stylo Judicij citra omnem difficultatem etiam conceditur. Demum aliæ adhuc quod scilicet Decretum extrajudiciale ægre extrajudicialiter cassari possint, quodque Exceptiones illæ ad replicandum communicari non potuerint (a) rationes obstabant.

(a) Processus enim communicativus, qui Lite inter Personas Cameraleas mota, tantummodo obtinet, in extrajudicialibus Partes extraneas cernentibus in Camera non conceditur.

#### § LXXXV.

## § LXXXV.

Sæpe hasce inconvenientias prævidit, ac perpendit Camera Imperialis, utque his obveniretur, in Casu non Partitionis loco ulterioris *Ordinationis* Mandatum sine Clausula de non contraveniendo Ordinationi late decernebat, ut hocce modo Causa in justum trahitatem Processus retroduceretur. Verum aut contra Naturam Mandati sine Clausula Exceptiones Juris admetti debebant, aut iterum Parti impetratae parum consulebatur; factum enim, quod impetrans proposuerat, in lata Ordinatione, & ejus non facta Partitione, quod utique negare haud poterat impetratus, unice confitebat.

## § LXXXVI.

Hisce equidem Coloribus depictæ *Ordinationes* hæ valde odiosæ, planeque abolendæ videntur, cui etiam sententiae quoad nimiam illarum frequentiam facile subscribimus, omnino tamen illas tollendas esse nobis non videtur; multo magis in quibusdam Casibus extraordinariis tanquam Remedium extraordinarium retinendas esse arbitramur.

Illas equidem *Ordinationes*, quibus Jurisdic̄tio Cameralis contra Leges Imperii, atque aperta Jura Statuum extenditur, defendere non audemus, cum ipsimet Cameræ Imperialis Assessores in sua informatione ad Visitationem, hunc abusum expresse reprobarent (a). Illas vero, quibus in Causis Appellationum elucescente Gravaminis evidētia processum fuit, ulteriori Examine dignas judicamus.

(a) Gutachtlicher Bericht des Collegii Cameralis über den Gebrauch und Missbrauch deren Ordinationen § 5.

Confer. quæ supra (§ 25.) diximus.

§ LXXXVII.

Præmitto Gravamen aliquod ita clarum, aut Nullitatem adeo apertam ac evidenter esse, ut pro illo excusando nullæ omnino supererſe videantur Exceptiones (a). Hisce addo Causas Concurſus, ubi vel Debitor, vel unus ex Creditoribus appellat, & Provocatio iusta sit, ne tamen interea tota Causa in Præjudicium utriusque Partis, & cæterorum Creditorum quiescat, aut immensis ſumptibus integra ad Cameram Acta Concursus trahantur, certe consultius eſt, Gravamen, ſi quod adſit, breviori, quam Appellationis Via terminari (b); quibus demum adnumerandas eſſe arbitror Causas, in quibus Gravamen illatum appellanti magnum Præjudicium afferre, Parti appellatae vero faltem relative ad Juſtitiam per illius reformationem nihil noceri poteſt (c).

(a) Si e. g. in caſu, ubi Actor aliquis in Foro primæ instantiæ, ubi Jus Cambii in Vigore eſt, ex Cambio egerat, Reus vero Exceptiones altioris indiginis oppoſuerat, Judex actori ad oppositas Exceptiones ſpecialiter repondere injungeret.

(b) Confer. MEV. P. 4. Dec. 86. & L. B. DE CRAMER Obf. Tom. 2. p. 2. Obf. 779. § 4.

(c) Repetatur hic Caſus, quem ſupra (§ 50.) inter Ordinationes antecedentes retulimus.

§ LXXXVIII.

Non appetat igitur quomodo hisce in Caſibus Cameræ imperiali prohiberi poſſit, ne per Ordinationem Causam statim in Limine Judicii decideret, ac finiret, dum Potius ei competit hæcce Libertas ex generali facultate, quam Judex habet ordinem Judiciorum, & Proceſſus, ubi maniſta Causæ Ratio id exigit, abbreviandi (a). Proceſſum Judiciorum, inquit MEVIUS (b), pro exquirenda Veritate, & diſcutiendis accuratiuſ Cauſarum Momentumi uſus reperit, & recepit, cujus Ordinem ſequi oportet,

quia

quia sic præscriptum, præscribitur autem, quia ad veritatem eruendam expeditum atque necessarium. Ubi ejus nullus Ufus, aut nulla necessitas in Ratione officii Judicis alienum foret, ad illius inanes ambages, & impendia Partes detrudere; ideo, quoties veritas & Jus Statim sine Processu ambagibus haberi & definiiri potest, expedit mature Statui, quod iustum, nec oportet observari alias in obscuris & intricatis solita: Quocirca licet ordinarie Citatio & Compulsoriales, interposita appellatione, decerni, postea Acta edi, iis lectis relevantia Gravaminum expendi, & judicari soleant, tamen hæc omnia omitti posse existimavimus, ubi talium nulla erat Necessitas, nullus Ufus, sed illico ad Narrata fine cuiusquam Præjudicio decidi & præscribi potuit, quod iustum, atque rationabile.

Nec negatum est Judici, inter Partes litigantes id, quod ad Litem finiendam commodius atque expeditius est ordinare. (c) Quis vero unquam in Dubium vocabit, ambabus Partibus sape magis proficuum esse, Litem per *Ordinationem*, refecatis ambagi- bus terminari.

(a) L. 21. dig. de reb. cred.

(b) MEVIUS Decis. p. 1. Dec. 66.

(c) GAIL Part. 1. Obs. 61. N. 10.

### § LXXXIX.

Sed Quæstio nunc remanet: qua Ratione Parti appellatae consulatur, ne plane inaudita condemnetur? Exhibitam Appellantis Supplicam cum Libello Gravaminum prius communicare, contra totum ordinem tractandi Causas hucusque in Camera Imperiali servatum decertaret, & essentialis Differentia inter Processum judiciale, & extrajudiciale corrueret; exceptis Causis Personarum Cameralium, quas inter se ventilandas habent, Parti impetranti quidem informatio a Judice a quo data ad re informandum, nun-

I 2

quain



quam vero Parti impetratæ aut Appellatæ, illa quæ sunt ex Parte Appellantis vel impetrantis exhibita extrajudicia, ante decretos Processus communicantur (a).

(a) L. B. DE CKAMER *Obs.* Tom. I. Obs. 103. & Obs. 183.

### § XC.

Nec suppleretur hic Defectus per informationem, quæ a Judice a quo, antequam Ordinatio feratur, peti posset. Licet enim hac Ratione latentes forte Appellantis insidiae detegi ac destrui, & Camera postmodum eo certior de Veritate facti reddi posset, non tamen dici potest, Partem auditam esse, quoties enim accidit, Judicem informantem negligentem, contumacem, imo & partialem esse, præcipue in Casu transmissorum Actorum, si Sententia ab extera quadam Universitate forte contra Voluntatem, ac desiderium Judicis lata fuit, nuspian itaque illæ pro plena, & ad definitivam Sententiam Necesaria auditione Partis haberi possunt.

Multo minus hic computandæ sunt præproperæ Exceptiones, quibus sub Prætextu Supplicæ pro Documento denegatorum Processuum pro iis denegandis laboratur. Pars enim appellata, quæ illas affert, Contenta adversarii Libelli nescit, sive plures alia prorsus, quam quibus Appellans innititur, Argumenta, aliaque data facti proponit, ac sibi objiciens refellit.

### § XCI.

Oportet igitur Viam aperiri, qua Sub- & Obreptionibus occurrit, quaque lata demum Ordinatio ad Executionem perduci possit. Verum neutrum ullo modo fieri potest, nisi Causa prius in Processum Judiciale transfeat.

Non defuerunt, qui propriam quandam Processus Formam istis Ordinationibus accommodatam stabilienda esse suaferunt: (a).  
qui

qui deinde secundum Analogiam Processus Mandati dirigendus foret, cum & illæ Ordinationes imaginem Mandati mitiori stylo moderatam præ se ferrent: & Hacce Ratione Ordinationi Citatio & Clausula justificatoria annexi, ac cum Supplica & Libello Gravatum insinuari deberet, ut deinde secundum Normam Processus Mandati per Paritorias ad Effectum deduci posset.

(a) Sämtlicher des Kaiserlichen Kammergerichts Procuratoren auferlegtes unterthänigstes Gutachten &c. § 22.

### § XCII.

Quamvis vero hacce Consilia superiori, cui convenit, Perscrutacioni relinquam, vereor tamen, ne, si propria Processus *Ordinationum* Forma introduceretur, reliqua, quæ Camerae tantum praescripta sunt, Processus Genera omnino pereant: Ab initio enim quidem cautior forsitan in decernendis illis adhiberetur Circumspectio, paulatim tamen omnes hoc modo tractarentur. Lites, unde novæ iterum inconvenientiae, multæque, quas Brevitatis Studio filemus, Quarelæ tractu temporis generari possent.

### § XCIII.

Forte autem inconvenientiae quas retulimus, & Quarelæ breviori via, & cum Spe felicioris Successus præcaveri possent, & quidem in Causis Appellationum, si, postquam loco Processuum ad brevi manu tollendum Gravamen *Ordinatio* daretur, & cum hacce Ordinatione (quod pro futuro injungendum foret) Supplica quæ Ordinationi Ansam dedit, una cum Adjunctis tam Judici a quo, prout alias fieri solet, quam Parti impetratae insinuaretur, & in Casum non factæ Partitionis, ad impetrantis ulteriorem, & quidem extrajudicialiter proferendam instantiam tunc in Contumaciam non Parentium ante petiti Appellationis Processus una cum *Ordinatione* arctiori decernerentur, quod Decretum ex post cum

ultima, quæ exhibita fuit, Supplica noviter insinuandum, & judicialiter reproducendum esset.

### § XCIV.

Hoc procedendi modo non tam Parti impetranti seu appellanti, quam etiam impetrato, seu Appellato credimus optime consultum fore; Præterquam enim, quod impetrans reproducta cum Processibus Ordinatione arctiori sperare posset Ordinationem, (suspensa interim Decisione Provocationis principalis) ex Principio Provisorii præprimis, si opus esset, ad Executionem promovendam fore, sic etiam satis ex altera Parte impetrato prospectum esset, cum hic in Casu, quo per Exceptiones ostendere posset Causam ad ejusmodi summariam, & quasi provisoriam Decisionem qualificatam non esse, aut Remoram in Executione Ordinationis, aut saltem opportuno Tempore Confirmationem Sententiae a qua, una cum Reparatione ejus, quod interim per Ordinationem forsan aliter factum est, sperandam haberet.

### § XCV.

Hæc omnia, si ex Parte Judicis caute fiant, sique, quod Camera ipsam obtulit § 86. supra, Fines Jurisdictionis Cameralis nunquam transgrediatur, vix est, quod circa hanc Speciem Ordinationum nova, quæ difficulter fit, Legislatione opus sit, sed fatalis tantum de evitandis imposterum Excessibus admónitio sufficiet; & ut nimia harum Ordinationum frequentia adhuc magis obveniatur, forte & proficuum foret Procuratoribus Camerae Supplicationes pro tali Ordinatione plane inhiberi, ac prudenti tantum Judicis Arbitrio relinquiri, an & quando credat Gravamen loco Receptionis Appellationis per Ordinationem tolli posse.

### § XCVI.

Quibus ita propositis supereft adhuc, salvo meliori exhibere, quid sit Consilii in Casu, ubi Camera, quod non raro contigit, in Cau-

Causis adversus Imperii status potentiores vertentibus, loco petiti Mandati tanquam Praeceptum mitius, *Ordinationem* decrevit, hacque Ordinatione una cum Supplica & Adjunctis insinuata, Levamen Querelæ aut Paritio Ordinationis haud infsecuta fuit, & qua Ratione tunc ultra succurrentum sit Parti impenetranti?

Ordinationem ulteriore emittere in illo, qui renuere sibi proposuit, certe parum, aut nihil juvabit; nec conveniet, si Via tantum mitiore ambulare velis, Ordinatio arctior, habito respectu ad Pœnam Mandato satis æquipollens, denique manent in utraque & ulterioris, & arctioris Ordinationis Via inconvenientiae, quod deficiente Reproductione, nondumque constituto Processu judiciali Executio Ordinationis vix decerni poslit.

### § XCVII.

Verum & hic omnia cessabunt Obstacula, nec nova, quam Procuratores (§ 91.) voluerunt, necessaria erit Legislatio, dummodo in Casum non factæ Partitionis ad Ordinationem simpli- cem, probataque ejus rite facta insinuatione, Via Ordinationis ulterius non tentetur, sed (prout Analogiae Legis (a) magis con- venit) ad Impetrantis ulteriore Instantiam nunc antea petitum Mandatum statim decernatur; quod, ut in futurum fiat, unice optandum & suadendum esse, nobis saltem, salvo tamen meliori, videtur.

(a) R. V. de 1513. § 10.

### § XCVIII.

Interim hæc de *Ordinationibus in Causis extrajudicialibus* usita- tis sufficient; earum Varietas, plurimæque eisdem tam intuitu Partium, quam Judicantium connexæ Difficultates prolixorem Tractationem deliderabant; non autem tam pericolosæ sunt *Ordi- natio-*



nationes, quæ feruntur in *Causis judicialibus*, quibus nunc accedimus, quas autem, ne Lectori benevolo nimia Prolixitate nau-  
seam creemus, breviori Compendio comprehendemus.

### § XCIX.

Circa speciem primam harum *Ordinationum*, quæ ex supra Dictris (§ 4.) cognita est, quæque *audita altera Parte*, & cum *ple- na Causæ Cognitione* per Sententiam feruntur, non immoror, si-  
ve enim nondum decisa Causa principali provisorie aliquid statuant (*a*). Sive evacuato penitus Puncto, super quo Controversia  
erat, Judici, ad quem Causa remittitur, quid in illa ulterius ob-  
servandum sit, præcipiant (*b*), parum tamen aut nihil de illis mo-  
nendum erit; Dummodo in his Regulae Provvisorii obseruentur (*c*).  
circa has vero omnia Arbitrio Judicis relinquenda sunt, cui opti-  
me cognitum est, quid ad finiendam integrum Litem ambabus Par-  
tibus quam maxime conveniat, quidque Judici inferiori ulterius  
incumbat (*d*).

(*a*) Exempla ejusmodi *Ordinationum* plura reperiuntur in Collectionibus Sen-  
tentiarum Cameralium BLUMII, DECKERI N. 411. 438. seq. & *Aff. 2*  
LUDOLFF N. 719. 729.

(*b*) L. B. DE CRAMER *Obs.* Tom. 2. p. 2. Obs. 688. hujusmodi *Ordinationem*  
refert.

(*c*) Requisita ad Sententias provis. fusius pertractaverunt SAM. STRYCK *de De- creto interimistico*, & cit. supra HARPKECHT AB HARPRECHTENSTEIN,  
ad quos me refero.

(*d*) Sic si prius Judici inferiori Administratio celeris Iustitiae commendatur, imo  
in Paritorii ad Mandatum adhuc Ordinationes deprehenduntur. vid.  
L. B. DE CRAMER *Obs.* Tom. 1, Obs. 33, p. 144.

### § C

Amplior vero dicendi Ratio est de *Ordinationibus*, quæ qui-  
dem in Causa judiciali, sed ad Supplicam unius Partis extrajudicia-  
liter exhibitam, inaudita altera Parte, decernuntur.

Pri-

Primo hoc referendæ sunt Ordinationes illæ, quæ Causa jam-tum ad Judicium admissa, ob Puncta incidentia & Moram non ferentia E. G. alimentorum, Editionis Documentorum &c. decernuntur; possent quidem desuper Mandata decerni, cum tamen novus, qui exinde oriretur, Processus & Laborem Judicis, & expensas Partium augeret, melius est, per *Ordinationes* justis impe-trantium Querelis satisfieri, quam novo Processu Acta accumu-lari. (a).

- (a) Sic in Causa von Langenschwarz contra von Langenschwarz ad Supplicam pro Mandato de præstantis provisionaliter Alimentis ac sumptibus Litis, ut & edendis Documentis tam ad bona hereditatis paternæ, ac materna allodialia, quam Feudalia pertinentia, loco Mandati Supplica ad Judicium permitta est, cum Decreto: Judicialiter, und ist anbey die Verordnung, daß Appellant Supplicantens Principales zu seinem Unterhalt und Vollführung des Processe quartaliter 100. Gulden, von Ableben des Vaters anzurechnen, sodann wegen der Trauer 200. Gulden, Salva Appellatione, & cujuscunque Jure ohn-aufhaltslich bezahlen, auch demselben die gemeinschaftliche Documenta in Originali einzusehen, und Copias auf sein Verlangen davon zu nehmen, nicht verweigern solle.

### § CI.

Nil de reliquo hic monendum venit; si enim ipsis Ordinatio-nibus contumaciter non pareatur, per Ordinationes ulteriores, pœnales & Mandatum de exequendo recte procedi solet (a). Si vero Pars adversa Exceptiones habeat, illas in Judicio, ad quod Supplica impetrantis remittitur, proponere potest; quo facto deinde Punctum illud incidens summarie tractandum & deciden-dum erit. Imo quandoque antequam Ordinatio decernatur, si nimirum Dubium aliquod in Facto, aut Jure metuatur, Parti ad-versæ injungitur, desuper in Termino, qui præfigitur, respon-dere; cui tamen Decreto inhibitio & *Ordinatio* in Forma ante-c danea annexetur (b).

K

(a)

(a) Factum id in eadem Causa von Langenschwarz contra von Langenschwarz ubi ad ulteriore Supplicam decretum fuit: Judicialiter, und wird Appellanten wegen der in der Verordnung vom 19ten Juli Apellaten zugelassenen Alimentation und Trauergelder 500 Gulden binnen acht Tagen, nach Insinuation dieses, demselben zu bezahlen, auch künftig, nach Inhalt Decreti, quartaliter mit fernere Reichtung deren Alimenten zu continuiren, bey Straf dreyer Maerck löthiger Golds, und Vermeidung würklicher Execution hiemit anbefohlen.

(b) Patent id ex Ordinatione de 6. July 1765. in Causa deren Unterthanen zu G. und W. contra den Herrn Grafen zu G. ad Supplicam pro Mandato de relaxando Arresto, & pendente Lite non turbando in quieta & immemoriali Possessione. Judicialiter, und solle sich Lt Haas in prima post ferias magnas darauf vernehmen lassen; indessen werden heimliche Beile bis auf dieses Kaiserlichen Kammergerichts endliche Entscheidung alles in Statu quo ruhig zu belassen, und keine Thäftschaften, noch Pfandungen gegeneinander vorzunehmen, cristilich angewiesen; dann versiehet man sich zu Beklagten Herrn Grafen, dass derselbe die arrestirte Unterthane, und abgepfandetes Vieh, falls keine andere Ursach dazu Anlaß gegeben, zu erlassen, von selbsten genaigt seyn werde.

## § CII.

Aliæ vero sunt *Ordinationes*, quæ ad Supplicam extrajudicialem feruntur, ubi petitum alias ad specificum Processus Genus nec directum fuit, nec dirigi potuit.

Regulariter quidem prohibitum est, in Causa judiciali extrajudiciale supplicare; ut plurimum itaque Camera imperialis talia Exhibita ad Judicium remittere, imo quandoque Exhibitent Pœna arbitraria mulctare solet; moræ tamen Periculum efflagitare potest, ut & hisce in Circumstantiis extrajudicialiter quid decerni debeat (a), prout & in aliis Casibus, ubi nimirum super Puncto quest. satis iamtum in Actis prioribus, aut ipsis Actis Cumeribus disceptatum fuerat (b).

(a)

- (a) Sic pro salvando objecto litis ad Supplicam extraj. sub 10. Nov. 1769. decretum fuit, in Causa Christian Heinrich Menße; contra Joh. Mich. Eggerstaedt: Ist die gebettene Ordination de publice vendendo ligna tempestate deperditura & deponendo pretium apud Magistratum Hamburgensem usque ad plenariam causæ decisionem erit.
- (b) Sic in Causa *Comitissarum de Berlo*, contra *Comitem de Berlo*, Puncto Hereditatis paternæ Quæstio alimentorum jam in duabus prioribus instantiis ventilata, & pro illis decisa erat, sine Dubio igitur ad Supplicam extrajudiciale pro præstandis Alimentis decretum fuit 5. Oct. 1763.: Judicialiter, petitatam Ordinationem provisionalem decernimus, Parti appellatae, ut cuilibet ex duabus Domicellis appellantibus mille ducentos Brabantia Florenos annuos de Semestri in Semestre anticipative solvat, ejusque Solutionis intra Mensem a Die insinuationis hujus Decreti initium faciat, injungentes.

### § CIII.

Ne tamen quis inauditus condemnetur, nec duplex deinde Processus, Judicialis nimirum & extrajudicialis oriatur, Supplica in Regula semper ad Judicium remittenda foret, nec facile per Sententiam, registrando Supplicam ad Acta, decernenda erit talis Ordinatio; vel si illud fieret, liceret tamen Parti impetranti adhuc Exceptiones saltem & sub- & obreptionis afferre, ordinarie enim semper prius attendenda est Responsio Partis adversæ, cui pro Ratione Circumstantiarum brevior Terminus ad respondendum præfigi potest (a).

(a) L. B. DE CRAMER *Obf. Tom. 1. Obf. 155.*

### § CIV.

Agmen claudunt *Ordinationes*, quæ post latam Sententiam definitivam decernuntur, nulla enim Pars Judicii est, ubi Ordinationum Usus non reperitur.

K 2

Pri-

Primum, ad quod Rei configuiunt, Remedium Restitutio in integrum est, qua introducta Sententiae effectum elidere conantur. Extra omnem etiam Dubitationis aleam positum est, Remedium illud tempestivo adhuc tempore introductum effectum suspensivum parere, si alias Fundamentis realibus, novis nempe relevantibus super instructum sit; non raro tamen solet hoc Remedio non nisi ad protelandam Litem Committiabusus; Reorum enim Condemnatorum plerumque Subsidia sunt fuga, & variae, quotquot injicere possunt, Executioni Moræ (a); optimo igitur Jure effectus suspensivus denegari potest, si per Calumniam, & ex Caulis jam dudum deductis, & per Priora decisis, vel alias irrelevantibus petitur restitutio-(b). Securiorem tamen ibi Camera eligit Viam, si Victori idoneam Cautionem de restituendis in Casum ulterioris succumbentiae Fructibus perceptis injungat, aut oblatam ab implorante pro Restitutione in integrum accipiat, quod utrumque per Ordinationem Paritoriae annexandam fieri potest (d).

(a) LUDOLFF *Syst. J. C. Sect. 2. § 6 N. 63.*

Conc. O. C. P. III. Tit. 62. Pr. & § 1.

(b) RODING *Pand. Camer. Libr. 60. § 30.*

(c) BLUM *Tit. 57. § 10.*

(d) Conseratur Sententia Mensis Octobris 1758, publicata: In entschiedener Sachen sämtlicher Vorsteher und Unterthanen des Amtes Hohenholms, wider Herrn Carl Christian Grafen zu Solms Hohenholms, Appellationis, nunc petitae Restitutionis in integrum: Ist die Verordnung dahin, Dr. Seips Principalei gebeterer Restitution ohngefähr, den Zehenden quasi, gegen die offerte Caution, bis zu dieses Kaiserlichen Kammergerichts weiterer Entscheidung, unweigerlich entrichten, in dessen Entschzung aber Herrn Appellaten solches Urtheil, mäsig bezutreiben, frey stehen solle, erkannt.

§ CV.

## § CV.

In ipsa denique Executione adhucdum maximo Partium commodo adhibentur Ordinationes. Stratagemata enim, quibus Partes viæ Sententiæ Complementum intervertere Litemque in infinitum protrahere student, innumera sunt, & adeo in ipso Executionis Momento extendi solita.

Ut plurimum vero novæ, quas ad confundendam tantummodo Causam afferunt Quæstiones, jamjam in ipsa Deliberatione ante Sententiam ventilatae ac decisæ sunt; eo securius ergo hisce Controversiis amputandis Ordinationes adhiberi possunt, cum ab Excessibus, qui a Commissariis Executionum fiunt, nec appellare, nec novos Processus decernere necesse sit (a). Alias enim nunquam Litium Finis foret, si ad singulas novas inventiones novus iterum Procesus inchoari vellet.

(a) MEVIUS Parte 3. Dec. 108. Plura desuper vide apud L. B. DE CRAMER Obs. T. 3. Obs. 855.

## § CVI.

Supponimus tamen, Excessum Executionis evidentem esse; veluti si E. g. pro Debito exiguae Quantitatis distrahi vellet Praedium longe majoris Valoris, ubi tamen adhuc alia Media solvendi supersunt (a). Si enim Dubium aliquod adsit, Supplica tutius ad Judicium remittatur, & Parti adversæ desuper Responsio intra certum Terminum injungatur (b), aut saltem informatio a Commissariis prius petatur, quamquam ultima cautela vix non in omnibus occasionibus adhibeatur.

(a) Vid. L. B. DE CRAMER Obs. Tom. 2. Part. 1. Obs. 505.

(b) Plura desuper vide apud L. B. DE CRAMER cit. Loco, Tom. 3. Obs. 855.

K 3

## § CVII.




§ CVII.

Plura equidem adhuc afferre possem exempla Ordinationum, quibus incepta jam, imo vix non peracta executione incidentia undique dubia dirimi solent, nisi tandem Dissertationi nostræ finem imponere oporteret. Exiguæ vero, quas ex frequentato ha&tenus Ordinationum usu & ex Analogia Legum collegi, Observations, si applausum inveniant, mihi gratulor, quodsi vero displiceant, aliis id exemplo erit, nullum opus fuscipere, quod longiorem, quam non habent, experientiam desiderat.



CO-



# COROLLARIA

EX  
U N I V E R S O J U R E.

---

- 1) Frustra laboratur pro inventione unius Principii cognoscendi, ex quo fluenter omnes Juris Naturalis veritates, nulla excepta.
- 2) Conservatio sui ipsius est una ex præcipuis hominis Obligationibus.
- 3) Inde Jus vitam suam etiam cum cæde Aggressoris tuendi.
- 4) Inde prohibitio omnis violentiæ in semetipsum.
- 5) Valet pax inita cum RebELLIBUS, nec fides data hostibus etiam infidelibus frangenda est.
- 6) Bellum contra infideles præcise ex capite Religionis suscepTum Juri gentium contrarium est.
- 7) Conservatio Aequilibrii præcise spectata non est justa belli causa.
- 8) Multo minus potentia major unius gentis alteri talem præbet.
- 9) Contra pacis fœdera vis, metusve exceptio civilis non datur.
- 10) Principibus & Dominis territorialibus competit Jus Reformandi.
- 11) Inde & simultaneum innoxium introducere possunt.
- 12) Annus Normalis pro subditis exceptio est.
- 13) Consequenter onus probandi in se suscipere debent.
- 14) Non tamen a Collegiis Officium ad annum normalem provocari potest.
- 15) Dominus Territorialis Catholicus æque ac A. C. addictus una cum Jure territorii Jurisdictionem Ecclesiasticam in suos subditos Protestantates exercet.

- 16) Inde & Augustissimis Imperii tribunalibus Jurisdic<sup>t</sup>io competit in Causis Ecclesiasticis Protestantium.
  - 17) Imperatori competit Jus ratificandi decreta Visitationis.
  - 18) Frivolum autem est Assertum Hæberlinii in sua Historia Imperii Tom. XII. p. 413. Statuum Augst. Conf., qui R. I. de ao. 1543. subscriperunt, nomina a Legatis Moguntinis ausu proprio apposita esse.
  - 19) Facultas subdelegandi ad Visitationem Cameræ Imperialis Comitibus Catholicis Collegii Westphalici denegari haud potest.
  - 20) Illa enim recte fundatur tam in Qualitate mixta Collegiali, quam in jure Comitum Personali & proprio.
  - 21) Quod etiam obtinet circa Comites Catholicos Collegii Franconici.
  - 22) Beneficium Ecclesiasticum Authoritate Episcopali legitime permutatum ad effectum Precum Imperialium haud vacat.
  - 23) Clerici sunt redditum beneficialium superflorum veri Domini.
  - 24) Sponsalia priora per Matrimonium cum alia Persona non omnino dissolvuntur.
  - 25) Si unius Debiti plura apud Creditorem sint Chyrapha, unius reditio<sup>n</sup>e non censetur Obligatio remissa.
  - 26) Testator non potest remittere fructuario Cautionem de utendo boni viri arbitratu.
  - 27) Bene vero alteram Cautionis fructuarie partem de re finito Usufructu restituenda.
  - 28) Testamentum juxta Statuta, aut mores alicujus loci factum, etiam vim habet extra illum locum licet alibi major solemnitas requiratur.
  - 29) Prælatus etiam sine Consensu Capituli feudum antiquum de novo concedere potest.
  - 30) Principi omnibus in delictis in Regula competit Jus Aggratiandi.
-






Mainz, Diss., 1755-83



f

TA → OL am 14.7.1991 verknüpft

KOP





7  
1776, 1  
7  
86

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> IN<sup>A</sup>UG<sup>U</sup>R<sup>A</sup>LIS  
<sup>DE</sup>  
**ORDINAT<sup>I</sup>ONIB<sup>S</sup>**  
IN PRO<sup>C</sup>ESSU CAMER<sup>A</sup>E IMPERIALIS  
USITAT<sup>I</sup>S,  
QUAM  
A U S P I C E  
D E O T E R O P T I M O M A X I M O  
EX INDULTU INCLYT<sup>E</sup> FACULTATIS JURIDIC<sup>E</sup>  
IN ALMA UNIVERSITATE MOGUNTINA  
P R A E S I D E  
PRÆNOBILI, CLARISS. ET CONSULTISS.  
VIRO AC DOMINO  
D. FRANCISCO ANTONIO DÜRR J. U. D.  
EMINENTISS. AC CELSISS. PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNT.  
CONSILIARIO AUL. ET REGIMINIS ACTUALI, EJUSDEMQUE IN HAC  
ALMA UNIVERSITATE JURIS PUBLICI, ET HISTORIARUM PROFESSORE PUBLICO,  
ET ORDINARIO, NEC NON REVERENDISS. CAPITULI METROP. MOGUNT.  
ET UNIVERSITATIS SYNDICO, FACULTATIS JURIDIC<sup>E</sup> DECANO.  
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS, ET PRIVI-  
LEGIIS DOCTORALIBUS RITE CONSEQUENDIS  
PLACIDÆ ERUDITORUM CENSURÆ SUBMITTIT  
AUTHOR ET DEFENDENS  
PETRUS JOSEPH. FRANC. XAV. CRAMER DE CLAUSPRUCH,  
ECCLESiarum ARCHIDIACONALIS MAJORIS BONNENSIS, NEC NON  
PERILLUSTRIS COLLEGIA<sup>E</sup> NOVESIENSIS CANONICUS.

Die 5<sup>ta</sup> Martii Anno MDCCCLXXVI.

Ex Typographia Elect. Aulic. Acad. apud JOANN. Jos. ALEF, Haed. Häffner.